36 (2

HIERONYMI JORDANI

In ARISTONIS pueri

Sepulcrale Epigramma

COMMENTARIUS.

Aristides *Platonicâ II. in fine*, penes Photium
cod. 248. *pag.* 1313.

Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τὴν προσήκουσαν τιμὴν ἀπένειμα, καὶ τοῖς ἀνδράσι τὰ πρέποντα ἐβοήθησα· καὶ οὐχὶ προηκάμην· εἰ δέ τι ἀντειπεῖν ἔχει τούτοις, φυλάττων ἐμοὶ τὴν ἴσην εὐφημίαν, ὅσην περ ἐγὼ ἑκάστῳ, τοῦτον ἐγὼ καὶ νῦν καὶ ὕστερον φίλον, οὐκ ἐχθρὸν, κρίνω.

EXCELLENT. MARCHIONI

D. BERNARDO TANUSIO

CAROLI REGIS OPT. MAX.

A SECRETIS SANCTIORUM SCRINIORUM

ET

REGALI ACADEMIAE HERCULANENSI
PRAEFECTO MERITISSIMO

HIERONYMUS JORDANUS

Academiæ ejusdem Socius

Εὐδαιμονέστατα διάγειν.



EFFOSSUM nuper Neapoli monumentum cum inſcalpto Græco epigrammate hexaſtico e ruderibus Ædium Sacerdotum D. Vincentii de Paulo, tanti ſane erat, ut ſincera ejus lectio primum, ſignificatio deinde Eruditorum lucubrationibus inclareſceret, & Litterariæ Reip. ſiſteretur. Occupaverat jam primam hujus Provinciæ partem Vir Cl. Jacobus Martorellius, ſecundam eleganti commentario jamjam occupaturus; dum æque Cl. Nicolaus Ignarra, aliique Viri inſignes (*a*), talia conantem aggreſſi, occupantem occuparunt, & *πατῦντες τὸν αὐτῦ τύφον ἑτέρῳ δὲ τύφῳ* (*b*) *calcantes illius*

per

(a) R.P.D. Nicolaus Capycius. D. Carolus Spinellius. D. Nicolaus Schiavarella: aliique, quorum opera prelis quotidie premuntur.

(b) Diogenes Laertius. *VI. 26. pag. 328.* ubi de Diogene calcante Platonis *τὸν τύφον, καὶ τὴν κενοσπουδίαν, ἑτέρῳ γε τύφῳ.*

fastum alio seu majori fastu, ab incepto opere deturbarunt. Post multa tamen hinc inde ἀπολογούμενα *apologetice dicta*, aliaque non omnino probe facta, quibus incertiores multo quam dudum evasimus, res demum eo pervenit ut, scissis omnium sententiis, parum abfuerit quin, tanquam in Cereris festo, σκώμμασιν ἐς ἀλλήλυς χρῶντες (c) *dicteriis se invicem incessentes* in apertam & parum honestam αἰσχρολογίαν *turpiloquentiam* erumperent. Plurima siquidem sunt contentionum ὑποκείμενα *subjecta*, partim ad epigrammatis lectionem, partim ad sententiam pertinentia; inter quæ, singulis quidem non parvipendendis, illud inprimis maximi facio, quo quæritur Platonicæne ejus Auctor, an alteri potius Philosophorum Sectæ περὶ τῶν ἐν ᾅδου *in iis quæ de Inferis jactantur* fuerit addictus. Rebus sic stantibus, *semper ego auditor tantum?* minime omnium; ne Theophrastus, seu Simonides σιωπῶντα τὸ ὅλον ἀφρόνως ποιεῖν (d) *perpetuo silentem insipienter me agere* merito causentur; præsertim quum me sub tuis auspiciis a CAROLO REGE O. M. in Collegium Academicorum Herculanensium cooptatum, in antiquaria re ἀπαίδευτον *ineruditum* dedeceat profiteri. Scilicet hisce stimulis semel incitatus, semoto omni partium studio, & servata unicuique sua existimatione, cui nihil unquam detractum velim, epigramma κατὰ λέξιν *verbo verbum reddens* Latinitate primum donavi; deinde commentariolum hoc, quod Tibi darem dicaremque, in id composui, ut ejus genuina lectio & intelligentia, in quantum mihi vires sufficerent, ex aliis similibus antiquis monumentis, & e Philosophorum Poetarumque thesauris eruerentur, & ἀγαθῇ τύχῃ *bonâ fortunâ* in lucem prodirent; eâ interim in omnium Auctorum citationibus adhibitâ ἀκριβείᾳ *acutâ diligentiâ*, ut nonnisi αὐτολεξεὶ *ipsissimis* eorum *verbis*, quo singulis argumentis suum stet robur, videar loquutus. En igitur obligatam Tibi fidem libero solvoque.

(c) In festo Cereris σκώμμασιν ἐς ἀλλήλυς χρῆσθαι, καὶ αἰσχρολογεῖν solemne fuisse testantur Diodorus *V. 4. pag. 334. Edit. Wesseling.* & Pausanias *VII. in fine pag.* 454.

(d) Diog. Laertius *V. 40. pag. 291.* penes quem Theophrastus πρὸς τὸν ἐν τῷ συμποσίῳ σιωπῶντα τὸ ὅλον ἔφη, εἰ μὲν ἀμαθὴς εἶ, φρονίμως ποιεῖς, εἰ δὲ πεπαίδευσαι, ἀφρόνως. Idipsum vero Simonidi tribuit Plutarchus *III. Sympos. quæ. 1. pa. 644. E. F.* Ceteroquin χαλεπὸν ἀκροατὴς ἀπαίδευτος καθήμενος *molesta res est, fatuus auditor sedens*, ut ajebat Comicus apud Lipsium *in Manuduct. ad Stoic. Phil. I. 14. pag. 663. Opp. Tom. IV.*



Ἄγγελε Φερσεφόνης Ἑρμῆ, τίνα τόνδε προπέμπεις
  Εἰς τὸν ἀμείδητον Τάρταρον Ἀΐδεω;
Μοῖρά τις ἀειχενὸς τὸν Ἀρίςων᾽ ἥρπασ᾽ ἀπ᾽ Αὔγης
  Ἑπταέτη, μέσσος δ᾽ ἐςὶν ὁ παῖς γενετῶν·
Δακρυχαρὴς Πλὺτων, ὑ πνεύματα πάντα βρότεια
  Σοὶ νέμεται; τί. τρυγᾷς ὄμφακας ἡλικίης;

Nuncie Proserpinæ Mercuri, quid hujus, quem præmittis
  In risus expertem Tartarum Inferni?
Parca quædam insatiabilis Aristonem hunc rapuit ab Auge
  Septennem, medius scilicet est hic puer parentum.
Lacrymi-gaudens Pluto, annon omnes spiritus mortales
  In sortem tibi cedunt? quid igitur decerpis uvas acerbas ætatis?

Ἄγγελε

§. 1. Mercurium Διὸς ἄγγελον, Θεῶν, ἢ ἀθανάτων ἄγγελον, *Jovis, & Deorum immortalium nuncium* indigitarunt Homerus (1), Orpheus (2), Hesiodus (3), Euripides (4), Diodorus (5), aliique apud Cornutum (6). Ζεὺς γὰρ, ait Apollodorus (7), αὑτοῦ κήρυκα ἑαυτοῦ καὶ Θεῶν ὑποχθονίων τίθησι: *siquidem Jupiter Mercurium sui ipsius, Deorumque subterraneorum nuntium instituit*: hinc Mercurius, Claudiano teste (8), *commune profundis, Ac superis Numen, qui jus per limen utrumque Solus habet*. Hinc pariter penes Plutarchum (9) Mercurius idem duplici nomine distinctus ὁ οὐράνιος *cælestis* nempe, de quo nulla separatim mentio apud alios reperitur, καὶ ὁ χθόνιος *& terrestris*, qui & Καταιβάτης (10) *descensor* a Rhodiis & Atheniensibus nuncupatus, ἐριούνιος καὶ ἐριχθόνιος καὶ ὑποχθόνιος *terrestris & subterraneus* a Poetis (11) dictus, & emortualibus rebus solus perpetuo mancipatus. Cur autem heic ἄγγελος Φερσεφόνης *nuncius Proserpinæ* vocetur Mercurius, præter ea, quæ infra (12) dicemus, disertissime aperit Orpheus (13), qui Mercurium Terrestrem ita adloquitur

> . . . . σοὶ γὰρ ἔδωκε
> τιμὴν Φερσεφόνεια Θεὰ κατὰ Τάρταρον εὐρὺν
> ψυχαῖς ἀενάοις θνητῶν ὁδὸν ἡγεμονεύειν.
> . . . . *tibi quippe dedit*
> *munus Proserpina Dea ad Tartarum latum*
> *animabus æternis mortalium viæ ductorem fieri*.

cui si addamus Corvilium, seu Cornificium (14) dicentem, tertium e quatuor Mercuriis fuisse Liberi & Proserpinæ filium, eumque animarum evocationi addictum; omnia adamussim quadrabunt in Proserpinam, ejusque nuncium Mercurium, & Tartarum hujus Epigrammatis.

Φερσε-

(1) Homerus *Ody. V.* ℣. 28. 29. & quisquis Auctor *hymn. in Mercur. I.* ℣. 3. *II.* ℣. 3. *& in hymn. in Mercur. I.* ℣. 3. *& II.* ℣. 3. Orpheus *hymn. XXVII.* ℣. 8. 11. *& LVI. per tot.* Æschylus *Choephor.* ℣. 116. Euripides *Alcest.* ℣. 742. 744. Aristophanes *in Ranis* ℣. 220. *cum Scholiaste pag.* 129. *&* ℣. 1157. *cum eodem pag.* 159. *&* ℣. 1169. 1175. 1176. *cum Biseto pag.* 160. Hesychius *pag.* 299. *in* ἐριούνιος.

(2) Orpheus, seu Onomacritus *hymn. XXVII.* ℣. 1.

(3) Hesiodus ἔργ. ℣. 85.

(4) Euripides *in Electra* ℣. 461.

(5) Diodorus *V.* 75. *pag.* 391. ℣. 97. 98.

(6) Cornutus, alias Phurnutus *de Nat. Deor. cap.* 16. *pag.* 165.

(7) Apollodorus *III.* 10. §. 2. *pag.* 196.

(8) Claudianus *carm. XXXIII. de raptu Proserp. I.* ℣. 89.— 91.

(9) Plut. ut infra §. 21. not. (156.).

(10) Scholiastes *ad Aristophanis Pacem* ℣. 649. *pag.* 354. χθόνιος ὁ Ἑρμῆς καὶ Καταιβάτης παρὰ Ῥοδίοις καὶ Ἀθηναίοις.

(11) Homerus *Ilia. XX.* ℣. 72. *XXIV.* ℣. 360.

(12) Infra §. 19. & 23.

(13) Orpheus *hymn. LVI.* ℣. 9. 10. 11.

(14) Ex Corvilio Lactantius Scholiastes *ad Statium Theb. III.* ℣. 483. quo loci *Cornificium* pro *Corvilio* legendum monuit Munckerus *ad Fulgentii Mythologicon cap.* 24. *lib. I. pag.* 56. *not. b.* ubi differit pariter de numero Mercuriorum.

Φερσεφόνης

§. 2. *Pherſephone*, quæ Græcis dicta Περσεφόνη *Perſephone*, & Περσεφόνεια *Perſephoneia*, imo & Περσέφασσα *Perſephaſſa*, & Φερρέφαττα *Pherrephatta* apud Platonem (15), qui & Φερέπαφαν *Pherepaphan* appellatam vellet.

προπέμπεις

§. 3. προπομπεῖς legebant priores Editores, fingentes vocem a vocabuli terminatione, & a Græcia alienam. Verum quid cauſæ fuit ut Epigrammatis Auctorem monſtroſe loquentem inducerent? præſertim quum marmor ipſum curioſius intuentibus non magis barbarum illud προπομπεῖς, quam purum putumque Græcum προπέμπεις, quamvis infabre, ſcalptum videatur: præterquamquod non obvium eſt reperire τὸ προπομπεύειν cum tranſitiva, ut Grammatici ajunt, ſignificatione. At norunt omnes quam familiare Græcis ſit, Homero (16) præeunte, τὸ πέμπειν εἰνα εἰς ἀΐδην: unde, præter alia hoc genus Mercurii ἐπίθετα *adjectiva*, fluxerunt etiam illa Ἑρμῆς ὁ πομπὸς, ὁ πομπαῖος, ὁ πομπεὺς *Mercurius ductor*, νεκρόπομπος *mortuorum ductor*, ψυχόπομπος *animarum ductor* &c. apud Sophoclem (17), Cornutum (18), Diodorum (19), Plutarchum (20), Lucianum (21), Julianum Cæſarem (22), alioſque (23); ob notiſſimum nempe Mercurii munus, animas ducendi, reducendique ab inferis, de quo jam ſatis apud Homerum (24), alioſque mox laudatos Scriptores Græcos (25), additis & Latinis (26).

§. 4. Quod vero heic non πέμπειν *mittere*, ſed προπέμπειν *præmittere* dicitur, id nec exemplo caret, nec ratione. Exemplum unum extat penes Græcum Auctorem ſecundi Maccabeorum libri (27), a quo narratur, Eleazarum nonagenarium ταχέως προπέμπειν εἰς τὸν ᾅδην *cito præmittere ſe in infernum* maluiſſe, quam vetitos cibos manducare: aliud ſuppeditat

(15) Plato *in Cratylo pag.* 265. *H.* 266. *A.*
(16) Homerus *Ilia.* XXI. ℣. 48. *Odyſſ.* XI. ℣. 625.
(17) Sophocles *in Oedipo Colon.* ℣. 1543.
[18] Cornutus *de Nat. De. cap.* 16. *pag.* 166.
[19] Diodorus *l.* 96. *pag.* 107. ℣. 25. *&c.*
[20] Plutarchus *Tom. II. pag.* 566. *B.*
[21] Lucianus *Di. De.* XXIV. 1. *Tom. I. pag.* 276. *& in Catapl.* §. 1. *pag.* 621.
[22] Julianus, Euſtathius, aliique laudati a Tib. Hemſterhuſio *ad Lucian. Contempl.* §. 1. *pag.* 488. — 490. a Weſſeligio *ad Diodorum loc. cit.* [14]
(23) Tryphiodorus, cui eſt ψυχόπομπος, ut infra §. 35. not. 280.
[24] Homerus *Odyſſ.* XI. 625. XXIV. ℣. 1. — 203. & Orpheus *hymn.* LVI. ℣. 6 — 9.
[25] Sophocles. Cornutus. Diodorus. Plutarchus. Lucianus *ll. citt. & pag.* 224. 423. — 425. 487. — 489. 620. — 650. Tom. I.
[26] Tertullianus *de Anima cap.* 53. *pag.* 303. C. Petronius, aliique poſt Virgilium &.c.
[27] Maccab. II. 6. ℣. 23.

ditat nobis Alexidis versus apud Athenæum (28), juxta τῦ πάνυ emendationem

Ἑρμῆ νεκρῶν προπομπὲ
Mercurì defunctorum præmissor &c.

præter alia quamplurima hujuscemodi exempla, observata Eustathio primum, exinde Biseto (29), quibus Mercurius est *εἰς ᾅδυ τὰς τῶν θανόντων ψυχὰς προπέμπων ad inferos mortuorum animas præmittens*: Ratio autem nascitur a vocula *πρὸ præ*, cui epigrammatis *ὑποκείμενον subjectum* non parum præstat adjumenti. Scilicet in plerisque verbis (30) vocula illa sonat idem ac *πρὸ καιρῦ ante tempus*, ubi vero de mortuis seu morituris agitur, idem ac *πρὸ μοίρας ante fatum*, *ϗ πρὸ ὥρας & ante horam*; quorum primum optimo jure dictum, Ammonio (31) distinguente, de *βιαιοθανάτοις, violenta morte occumbentibus*, inter quos censendus Eleazarus; alterum de *ἀώροις intempestive morientibus*, qualis puellus iste septennis *ante annos suos* (32) morte nimium immaturâ, & funere sat acerbo præoccupatus.

Homerus similia præstat exempla, tum ubi ait (33), Achillem iratum

πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
multas Heroum *strenuas animas ad Orcum præmisisse*;

tum ubi apud eum Pandarus, Diomede sagittâ percusso, dicit (34)

ϗ μιν ἔγωγ' ἐφάμην Ἀϊδωνῆϊ προϊάψειν
illum ego putabam ad Orcum præmissum iri:

quibus locis *τὸ ἄϊδι, ἢ ἀϊδωνῆϊ προϊάπτειν* est prorsus *ἰσοδυνάμον æquipollens τῷ προπέμπειν εἰς ᾅδυ*. Quin & idem Poetarum princeps alio loco exemplis rationem addit. Hector enim ad pugnam iturus, lacrymabundam uxorem Andromachen consolatur, eamque bono animo esse jubet (35)

ὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ ἄϊδι προϊάψει
nemo enim me ante fatum vir ad Orcum præmittet.

ubi *τὸ ὑπὲρ αἶσαν* agnoscunt omnes *τῷ πρὸ μοίρας* omnino respondere.

εἰς τὸν

---

[28] Athenæus *XII. 13. pag.* 552.D. ad quem locum Cl. Casaubonus *pag.* 858. hæc habet: Ἑρμῆ θεῶν πρόπεμπε ϗ Φιλιππίδε: *versus hic duplici nomine suspectus mihi.* προπεμπτὸς *Græcum non est, sed* προπομπός. *Mercurius autem non est Deorum* προπομπός, *sed mortuorum. Lego,* Ἑρμῆ νεκρῶν προπομπέ, ϗ Φιλιππίδε. *Supra* [eod. cap. 13. pag. 551. B.] *dicebantur* ᾀδοφοῖται *inferorum frequentatores similes Philippidæ homunciones* &.c.

[29] Bisetus σχολ. *ad Aristophanis Ranas* ℣. 1175. *pag.* 160. *edit. Kusteri Amstelòd.* 1710. prælaudato Eustathii nomine.

[30] Quorum innumera & obvia sunt exempla apud Græcos & Latinos Lexicorum Compilatores.

[31] Ammonius περὶ ὁμοίων ϗ διαφόρων λέξεων Editus in Append. Scapul. *pag.* 121. Πρὸ μοίρας, ϗ πρὸ ὥρας διαφέρει. πρὸ μοίρας μὲν γάρ, ὁ βιαίως ἀποθανών. πρὸ ὥρας δέ, ὁ ἐν νεότητι. Adde quæ habet Gutherius de jure Manium. I.2.3. pag. 5.— 12.

[32] Ita Ovidius *III. de Ar. Am.* ℣. 17. *ante annos occubuisse suos.*

(33) Homerus *Ilia. I.* ℣. 3.

(34) Homerus *Ilia.V.* ℣.190.

(35) Homerus *Ilia.VI.* ℣.487.

εἰς τὸν ἀμείδητον Τάρταρον

§. 5. Ut heic Tartarus dicitur *ἀμείδητος risûs expers*, ita & aliis *ἀμειδὴς ὁ ποταμὸς* (36) *risûs expers* Orci *fluvius*, *ἀμείδητος ἀΐδης* (37) *Infernus* seu *Pluto risûs expers*, & *ἀμείδητοι νέκυες* (38) *mortui risûs expertes* dicti. Unus omnium Democritus etiam sub tumulo ridere visus, ut in epigrammate (39) sequenti.

> Ἦ ἄρα Δημοκρίτοιο γέλως ὅδε. ϗ τάχα λέξει
> Οὐκ ἔλεγον γελόων, πάντα πέλουσι γέλως;
> Καὶ γὰρ ἐγὼ σοφίην μετ' ἀπείρονα, ϗ τόσα βίβλων
> Τοσσατίων, κεῖμαι νέρθε τάφοιο γέλως.
> *Erat sane Democriti hic risus: & forte dicet*
> *Nonne dixi ridens, omnia sunt risus?*
> *Nam & ego post summam sapientiam, & versus librorum*
> *Tot, jaceo sub tumulo etiam risus.*

Sunt & in eundem alia duo epigrammata, in quibus venustissimi Auctores mirantur, Plutonem & Proserpinam Reges Democrito ridenti inter *ἀμειδήτους non ridentes* mortuos locum præstitisse. En unum (40)

> Εἰ ϗ ἀμειδήτων νεκύων ὑπὸ γαῖαν ἀνάσσεις
> Φερσεφόνη, ψυχὴν δέχνυσο Δημοκρίτου
> Εὐμενέως γελόωσαν· ἐπεὶ ϗ σοῖο τεκοῦσαν
> Ἀχνυμένην ἐπὶ σοὶ μοῦνος ἔκαμψε γέλως·
> *Quamvis non ridentibus mortuis sub terra imperas*
> *Proserpina, animam suscipe Democriti*
> *Benevole ridentem: quando & tuam matrem*
> *Dolentem propter te solus flexit risus.*

Alterum (41)

> Πλούτων δέξο μάκαρ Δημόκριτον, ὥς κεν ἀνάσσων
> Αἰὲν ἀμειδήτων, ϗ γελόοντα λάχοις.
> *Pluto beate suscipe Democritum, ut quum imperes*
> *Nunquam-ridentibus, etiam ridentem habeas.*

Simile *ἐπίθετον adjectivum* Tartaro (quem Homerus (42) *ἀτερπέα χῶρον non delectabilem locum* nominavit) tribuitur apud Virgilium (43), ubi de Mercurio

> *Tum virgam capit: ac animas ille evocat Orco*
> *Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.*

Τάρταρον

[36] Plutarchus in *de occulte vivendo pag.* 1130. *E.*
[37] Antholog. *III.* 6. *epigr.* 49.
[38] Anthol. *III.* 33. *ep.* 9. & 43.
[39] Anthol. *III.* 33. *ep.* 7.
[40] Anthol. *III.* 33. *ep.* 9.
[41] Anthol. *III.* 33. *ep.* 43.
[42] Homerus *Odyss. XI.* ℣. 93.
[43] Virgilius *Æn. IV.* ℣. 242. 243. & *VI.* ℣. 534. & 134. ubi *nigro Tartaro* nominavit.

Τάρταρον Α'ΐδεω

§. 6. Inter utramque vocem supple ἔνερθε *infra*, *ultra*. Homerus (44) quippe obscuro Tartaro sedem figit

Τόσσον ἔνερθ' Α'ΐδεω, ὅσον ὀρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης
Tantum ultra Plutonem, quantum cælum distat a terra.

Hesiodus (45) item

Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον ὀρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης
Tantum ultra fines terræ, quantum cælum distat a terra.

in quorum verborum explicatione insigniter hallucinati sunt, non modo antiquiores Græci Poetæ & Philosophi, sed & Latini, quos inter Virgilius (46) canens

. . . . *tum Tartarus ipse*
Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras,
Quantus ad ætherium Cæli suspectus Olympum;

ac omnium deinde Interpretum cœtus, quibus τὸ ἔνερθε *infra* potius quam *ultra* sonavit, ac Tartarum non ultra terræ fines olim cognitos, sed in ejusdem terræ centro statuendum placuit. Quem inolitum errorem, ex ignoratione Philosophicæ historiæ ortum, peculiari dissertatione (47), Strabone, Plutarcho, Æliano, aliisque nobis feliciter præeuntibus, extirpavimus; & ad veras Tartari Homerici, aliorumque inferorum locorum discriminandas sedes, sat multa *ὐκ ἄρα ἀπροσδιόνυσα non sane extra propositum* congessimus.

§. 7. Quod autem ad animarum sortem adtinet, ut hujus epigrammatis sententia magis elucescat, advertere operæ pretium est, Platonem (48) inprimis, velut fidum Homeri *παραφραστὴν καὶ περιοδευτὴν circumloquutorem*, plurima ad hæc adtulisse, ea præsertim, quæ sub persona Eris filii Armenii (49), & (si placet (50)) Gobryæ Magi commentus fuit, quæque *ὡς ἀληθῆ ὄντα* (51) *ut vera* Philosophis se proposuisse adfirmat. Censuit is animas omnes, corporibus vixdum solutas, ab eo *δαίμονι dæmone*, quem *φύλακα τῦ βίυ* (52) *vitæ custodem* quisque mortalium fuerat sortitus, deduci

εἰς τὸν

[44] Homerus *Ilia. VIII.* ✠. 16.
[45] Hesiodus *Theog.* ✠. 720.
[46] Virgilius *Æn. VI.* ✠. 577.—579.
[47] Quæ mox separatim publici juris fiet, ne hujus commenta. 'oli moles nimium excrescat.
[48] Platonis loca, quæ in hoc paragrapho optima fide & κατὰ λέξιν summantur, sunt *in Gorgia pag.* 312.—314. *in Phædone pag.* 380. 398. 400. *in Phædra pag.* 345. *in De Rep. II. pag.* 423.—424. *& X. pag.* 518.—519.—*&c.* & ex Gobrya Mago *in Axiocho pag.* 731.—732. quorum locorum potiorem partem collegit Eusebius *Pr. Ev. XIII. 6. pag.* 697.—699.
[49] Η'ρὸς τῦ Α'ρμενίυ est apud Platonem *de Rep. X. pag.* 518. *F.* hinc *Er* dictus Macrobio *in Somn. Scip. I.* 1. *pag.* 3. Plutarchus autem *Sympofiac. IX.* 5. *pag.* 740. *B.* Η'ραν Α'ρμονίυ πατρὸς voluit adpellatum: infra [§. 22.]
[50] Nam Axiochus numeratur inter Platonis dialogos τὰς νοθευομένους.
[51] Plato *locc. citt. pag.* 312. E. 313. *A.* ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα λέξω ἃ μέλλω λέγειν... ταῦτ' ἐστὶν ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς, πιστεύω ἀληθῆ εἶναι.
[52] Plato *de Rep. X. pag.* 520. C. 521. *D. & in Cratylo pag.* 263. *C. D.* Vide Hesiodum *Oper.* ✠. 252 —— 255. Sallustium

εἰς τὸν λειμῶνα *in pratum*, seu εἰς τὸ ἀληθείας πεδίον *in campum veritatis*; judicium anteactæ vitæ ibi accepturas: hoc expleto, τὰς μὲν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διελθούσας animas, *quæ juste sancteque vitam transegerunt*, quales illæ Philosophorum & Mystarum, εἰς μακάρων νήσους *in insulas beatorum* abire, summâ rerum copiâ, aeris optimâ temperie, Deorumque consortio in sinu gavisuras, easdemque ἄνω δὲ εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν καὶ ἐπὶ γῆς *superiorem puriore mque habitationem in terrâ illâ* habituras; τὰς δὲ μέσως βεβιωκυίας *eas vero, quæ medium vitæ genus tenuerunt*, pervenientes εἰς τὴν λίμνην τὴν Ἀχερουσιάδα *in Acherusiam paludem*, illic immorari donec, purgatis malefactis, benefactorum mercede dignæ reddantur; τὰς δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως *eas autem, quæ injuste & impie* vixerunt, protinus detrudi εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ Τάρταρον καλοῦσιν *in punitionis & judicii carcerem, quem Tartarum appellant*; easque in duas dividi classes; τὰς ἰασίμους *sanabiles* nempe per annum ibi detineri, seu quousque ab injuriam passis veniam impetrarint, τὰς δὲ ἀνιάτους *insanabiles vero* æternum (53) ibi cruciandas. Addit demum (54) τῶν εὐθὺς γενομένων, καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων πέρι ἄλλα τὸν Ἠρα λελεχέναι οὐκ ἄξια μνήμης *de his, qui statim ac nati sunt decessere, aut breve tempus vixere, quædam memoriâ non digna ab eodem Ere recitata*; quæ, Philosophorum Principe silente, quis unquam divinando conjecerit?

§. 8. Quodcumque Martorellio, aliisque hariolari lubebit, per me licet: dummodo, velint, nolint, in eam sententiam mecum descendant, nihil unquam rei esse Platoni cum nostro Epigrammatario Scriptore; nihil Platonico *dæmoni* uniuscujusque vitæ custodi cum *Mercurio* animarum ductore; nihil Platonico *injustorum, & atheorum Tartaro* cum animula vagula, blandula, integra vitæ, omnisque sceleris pura hujus septennis puelli; nihil proinde Platonico dogmati τῆς τῶν ψυχῶν ἀθανασίας καὶ ἀνωλέθρου (55) *animarum immortalitatis* cum sequenti τῷ πνεύματα βρότεια *spiritus mortales*, de quo suo loco (56) differendum. Hæc omnia qui non videt, is profecto λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεσθαι *lucernam in meridie accendi* sibi postulat.

§. 9. Semoto igitur omni Platonismo, hoc epigramma nulli Philosophiæ magis quam Stoicæ convenire videtur; quippe quam inter Græcos natam, seu malis renatam, inter Judæos Sadducæi primum (57), ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν, καὶ τὰς καθ᾽ ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦντας *animæ permanentiam*. Cleric. *ad Genes. XLVIII. 16.*

stium *de Diis & Mun. cap.* 20. *pag.* 278. 279. *cum adnotat.* & Jamblichum fusius de his *dæmonibus hominum custodibus* ad mentem Platonis differentem *De Mysteriis Sect. V. cap.* 25. *pag.* 140. 141. & *IX. cap.* 1.—10. *pag.* 165.—172. & quæ ad eum Th. Gale adnotavit *pag.* 279. 280. 310.—314. *Edit. Oxon.* 1678. Adde H. Grotium *ad Matth. XVIII.* 10. *pag.* 174.—175. ubi plura quoad dogma custodum Angelorum, juxta Judæorum, Christianorumque sen-

(53) Plato *in Phædon. pag.* 400. F. ubi ait quod τὰς ἀνιάτως ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον, ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσιν.

[54] Plato *de Rep. X, pag.* 519. C.

(55) Plato *in Phædon. pag.* 397. B. C. &c.

[56] Infra §. 36. 37.

[57] Josephus *Ant. Jud. XVIII.* 1. §. 4. *pag.* 871. *Tom. I.* & *de Bell. Jud. II.* 8. §. 14. *pag.* 166. *Tom. II.*

permansionem , *& infernales pœnas* , *præmiaque tollentes* , adoptarunt ; Romani demum acriter arripuerunt , & tam firmiter ei adhæserunt , ut non modo Cicero (58) Philosophos ætatis suæ solos fere Stoicos fuisse dixerit , sed & Sextus Empiricus (59) Stoicos solos omnium aliorum Philosophorum numerum superasse ævo suo verissime adfirmarit : quum ex historiis (60) indubitate constet , exquisitiora Romanorum ingenia Stoicæ (61) sectæ (rejectâ Platonicâ, & Aristotelicâ) mordicus addicta fuisse , velut illa primum Tuberonis ; Catonis (de quo dictum (62) , *aut neminem* , *quod quidem magis credendum* , *aut si quisquam*, *illum sapientem fuisse*), Bruti , Balbi , Varronis (*Romanorum undecumque doctissimi* , *& gravissimæ auctoritatis viri* (63)) , deinde Thrasceæ Pæti , Helvidii Prisci , Hostilii , Rubellii Plauti , Haruleni Rustici , Herennii Senecionis , Senecæ , Epicteti , Arriani , Antonini Cæsaris , & pæne totius clarissimi Jurisconsultorum cœtus (64) , aliorumque cultiorum Virorum ; quorum & numerus & dignitas , primo Christianæ Æræ labente sæculo, adeo excreverat , ut Imperium labefactari , Populumque in pristinam libertatem *subtili* (65) eloquentiæ vi adserere cum viderentur , a Vespasiano (66) primum , deinde a Domitiano (67) , instar pestiferi generis , Urbe atque Italiâ fuerint exterminati . Quin & Stoica dogmata , velut *viam ad Christianismum munientia* (68) , Pantænus , & Clemens , unus Episcopus , alter civis Alexandrinus , aliique quamplurimi nostræ Religionis Antistites libentissime exceperunt (69) ; & hinc Divus Hieronymus (70) occasionem scribendi nactus *Stoicos*

---

[58] Cicero *Tuscul. IV.* §.53. *licet enim infectemur Stoicos* , *ut Carneades solebat* , *metuo ne soli philosophi sint* .

[59] Sex. Empiricus apud Lipsium mox citandum *pag.* 674. Vossium , aliosque .

[60) Vide quæ ad hæc collegerunt ex historiis Lipsius *in Manuduct. ad Stoic. Philos. lib.I. diss.* 17.18.19.*pag.*673. — 682. Opp. Tom. *IV*.Ger. Vossius in *de Sectis Philos. cap.XIX.* §.13.— 16. *pag.*104. Buddeus *de Philos. Graecanica cap. IV.* . §. 37 *pag.* 244. — 252. & fusissime Fabricius *Bibl. Graec. lib.III. cap.*15. *pag.* 386.— *&c.* ubi Philosophorum Stoicorum plenum catalogum exhibet .

(61) Ut contra Paganinum Gaudentium in *De ortu & progr. philosoph. apud Roman. cap.*43. asseruit ὁ πάνυ Ever. Otto in *De Stoica Jurisconf. philos. Par.I. Dissert. Jur. publ.pag.*562.— *&c.*

(62) Cicero *de Amicitia* §. 6.9.*& de Finibus III.* §.7.

(63) S.Augustinus *de Civ.Dei IV.* 1. *XVIII.* 2. §.2. *XIX.*22.

(64) Videndi Ev. Otto (ut 61.) Cujacius *Obser.XXVI.*40. Merillius *Observ. I.* 8. — 27. Heineccius *Hist. Juris I.*1. §. 155. *& Ant. Rom. I.* 1. §. 2. Bynkershoek . Schilterus . Gravina . &c.

(65) Stoicorum differendi genus *Subtile* appellavit Cicero *de Fin. III.* §.3.

(66) Historiam integram harum expulsionum dedit accuratissimus Tillemontius in *Vita Vespasiani* §. *XV. & Domitiani* §.*XVIII.*

(67) Tillemontius *loc.cit.* (66)

(68) Clericus in *prolegom. ad Histor. Eccles. Sect. II. cap.V.* §. 10.11. *pag.* 76. 77. Ceterum [ne heterodoxi Auctoris nomine offendamur] quod heic ait Clericus de Stoicis , idipsum dixerat , & longioribus commentariis probaverat Clemens Alexandrinus de universâ ἑλληνικῇ φιλοσοφίᾳ , quæ , licet non comprehenderet magnitudinem veritatis , ἀλλ' ἤν γε προκατασκευάζει τὴν ὁδὸν τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ , ἀμηγέπη σωφρονίζουσα , καὶ τὸ ἦθος προτυποῦσα καὶ προσῦφουσα εἰς παραδοχὴν τῆς ἀληθείας κ. τ. λ. *Stromat.I. pag.*309. *D.*312. *C.D.* 315.316. 318. *& per tot. lib.I. II. & c.*

(69) De Pantæni , Clementis , aliorumque Christianorum Stoicismo vid. Lipsius *Manuduct. ad Stoic. Phil. I. diss.* 17. *pag.*674. 675.

(70) S. Hieronymus *ad Esaia cap.X.* penes Vossium

Stoicos cum nostro dogmate, præsertim in eo de anima, *in plerisque concordare*. Is quippe erat primorum Christianorum mos, eaque Evangelii prudens *οἰκονομία œconomia*, ut Christiani ipsi (71) *τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖοι, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομοι, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδοῖεν Judæis ut Judæi facti, Gentilibus ut Gentiles, omnibus omnia, ut plures in Christo lucrifacerent*, & Judæorum, & Gentilium mysteria, ritus, sententias, & ipsa verba, a pravo sensu in rectum flectentes, *ὡς ἐπιβάθραν τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας* (72) *velut fundamentum Christianæ Philosophiæ* Evangelicis scitis & veræ pietati adcommodarent, conciliarentque; prout innumeris exemplis firmarunt nedum Casaubonus (73), Baylius (74), aliique (75) heterodoxi, sed & cum Catholicis quamplurimis ipse Eminentissimus Annalium Scriptor (76).

§. 10. Ut rem unâ vice absolvam, Zeno certe Stoicorum princeps, ejusque auditores, *esse inferos*, Lactantio (77) teste, docuerunt; idque in gratiam tantum *publicæ persuasionis*, Senecâ (78) notante; qui aliàs Stoice loquutus (79) Marciam *cogitare* jubet *nullis defunctum malis adfici; illa, quæ nobis inferos terribiles facit, fabulam esse; nullas imminere mortuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec oblivionis amnes, nec tribunalia, nec reos ullos, in illa libertate tam laxâ: lusisse ista Poetas, & vanis nos agitasse terroribus* &c. Ut autem (80) popularis religionis, salvâ tamen sapientiâ, auram captarent, Zeno primus, & insequuti eum Cleanthes, & Chrysippus [horumque exemplo Cornutus (81), Sallustius (82), ceterique Stoici id genus Scriptores] omnia veterrimorum Poetarum *Θεολογούμενα theologice dicta* ad physiologiam traducentes, Deos tam superos, quam medios, & inferos (83) omnes nomine tenus reliquerunt, illorum interim usitatas perceptasque cognitiones omnino tollentes; quum rebus inanimatis [e quibus magnam sane, novamque turbam ignotorum inperceptorumque Deorum conflarunt] per quandam significationem tribura eorundem nomina docerent; & Orphei, Musæi, Hesiodi, Homerique fabellas ad sententias suas adcommodarent, ut hi, qui ne suspicati quidem sint,

Stoici

Vossium *de Philos. Sectis cap. XIX.* §. 16. *pag.*104. Recte heic maximus Ecclesiæ Doctor ait *in plerisque*, non in omnibus: multa enim Zenoniana dogmata, illud præsertim *de Stoica animorum mortalitate*, Christiana Religio repudiavit. Vide Gennadium *de Eccles. Dogm. cap.*16. *pag.*10. Tertullianum. Lactantium. &.c.

(71) Vide I. ad Corinth. *IX.* ℣. 19.— 23.

(72) Clemens *Stromat.VI. pag.*648. *A. B.* — *&.c.*

(73) Casaubonus *ad Baronii Annal. Exerc. XVI. cap.* 43. *pag.* 480. — 488: — 493. — *&.c.*

(74) Baylius *Penseés diverf.*§.85.86.89.

(75) Quos enumerat, & sequitur Spencerus *de LL. Hebr. lib.III. Diss.I. cap.II. sect. IV. pag.*791. 794. *& cap.XI. pag.* 919.—*&.c.*

(76) Card.Baronius *Ann.*44. §.85.—98. *Ann.* 58. §.65.77.78. Lucas Holstenius *ad Porphyr. Vit. Pythago. Observat. pag.* 101.— 103. Petrus Leo Casella *de Aboriginibus pag.* 41. 42.

(77) Lactantius *lib.VII. cap.*7. *pag.*809.

(78) Seneca *epist.*117.

(79) Seneca *consolat. ad Marciam cap.*19.

(80) Hæc omnia, quæ in hoc paragrapho reliqua sunt, habet Cicero *de Nat. Deor. I.* §.36.—41. *& III.* §.63.

(81) Cornutus in Θεωρίᾳ περὶ τῆς τῶν Θεῶν φύσεως.

(82) Sallustius περὶ Θεῶν, καὶ κόσμ·

(83) Cicero *de Nat. D.III.* §.43.44.

Stoici fuiſſe viderentur. Cicero fuſius hæc perſequutus, cujus verba huc uſque in ſummam redegimus, addit (84) eundem Zenonem non tam rerum inventorem fuiſſe, quam novorum verborum.

§. 11. Hinc facili negotio hauritur ratio, quampropter Stoici vocem *τοῦ πνεύματος ἀντὶ τῆς ψυχῆς ſpiritûs pro animâ*, antiquioribus Græcis prorſus inuſitatam (85), procuderent, & frequentius uſurparent: Zenoni ſiquidem, Antipatro, & Poſidonio definitam animam *τὸ πνεῦμα ἡμῖν ἔνθερμον . . . τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα . . . τὸ πνεῦμα θερμὸν calidum ſpiritum nobis cognatum*, ſeu ut Latini Stoici ajunt, *ſpiritum conſitum, & quodammodo ſe habentem*, aliàs *concretum corpori ſpiritum*, teſtantur Plutarchus (86), Laertius (87), Sextus Empiricus (88), Stobæus (89), Seneca (90), & Macrobius (91); quibus addas Tertullianum (92) ſcribentem [ut animam corpoream, qualem per errorem figuravit, etiam Gentilium auctoritate probaret] *Stoicos allego, qui ſpiritum prædicant animam, pæne nobiſcum, quæ proxima inter ſe flatus* in Adami faciem inſpiratus, *& ſpiritus*: ubi notandum *τὸ pæne nobiſcum* ad firmandum ſupra (93) adlatum D. Hieronymi teſtimonium; quod & D. Auguſtino (94) probatum plane fuiſſet, dummodo *τὴν πνοὴν ἀντὶ τοῦ πνεύματος flatum potius quam ſpiritum* animam indigitaſſent.

§. 12. His vero ſpiritibus peculiares quoque *ἰδιώματα* appingebant. Nam ſi illorum fontes exquiras, jam ad *τοῦ τοῦ κόσμου, ζώου λογικοῦ, καὶ ἐμψύχου, καὶ νοεροῦ ἀποσπάσματα Mundi, viventis rationalis, animati, & intelligentis particulas*, & ad uſque ſidera progrediendum tibi erit. Si terrenam habitationem explores, jam doceberis illos e tam altis, & præclariſſima luce coruſcantibus locis, velut totidem (95) conſitas divinæ auræ particulas, in hujus Orbis tenebras delapſos, & in humana corpora non poſt conceptum protinus (quæ noſtra communis eſt ſen-

tentia)

(84) Cicero *de Fin. III.* §. 5.

(85) *Inuſitatam* dicimus, ſaltem habito reſpectu ad peculiarem notionem, ſignificationemque, quas Stoici ei tribuerunt. Ceteroquin eandem vocem jam antiquiores uſurpaverant, & præſertim Euripides penes Plutarchum *de Orac. defectu pag.* 416. *D.*

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως
Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα,
Μικρὸν δὲ σῶμα, καὶ μίμημα δαιμόνιον.

(86) Plutarchus *de plac. Philoſoph. IV.* 3. *pag.* 898. *D.* ubi Stoicos animam definire ait πνεῦμα θερμόν.

(87) Laertius *VII.* §. 156. 157. *pag.* 465. ubi e Stoicorum ſententia ait τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα . . . Ζήνων δὲ, καὶ Ἀντίπατρος, καὶ Ποσειδώνιος πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν.

(88) Sex. Empiricus *Pyrrh. hyp. II.* §. 70. *pag.* 82. §. 81. *pag.* 85. & *III.* §. 188. *pag.* 174.

(89) Stobæus *Ecl. Phyſic.* οἱ Στωικοὶ τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα ἔνθερμον ψυχὴν ἡγοῦνται.

(90) Seneca *epiſt.* 50. *quid eſt aliud animus, quam quodammodo ſe habens ſpiritus?*

[91] Macrobius *in Somn. Scipion. I.* 14. *pag.* 53.

(92) Tertullianus *de Anima*. *cap.* 5. *pag.* 267. *A.*

(93) Supra (70)

(94) S. Auguſtinus *de Civ. D. XIII.* 24.

(95) Laertius *VII.* 142. 143. *pag.* 455. & 156. *pag.* 465. τὴν ψυχὴν τῶν ὅλων ἄφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰς ἐν τοῖς ζώοις. Cicero. Seneca. Plinius. Plutarchus. aliique innumeri laudati a Lipſio *Phyſiol. Stoic. III.* 8. *pag.* 983.— 986. a Thomaſio *de Exuſtione mun. Stoi. diſſ. XXI. pag.* 249.— 255.

tentia) sed *post partum* (96) insinuatos, *αἰσθησέων, καὶ φαντασιῶν sensuum, & imaginationum* ope continuatâ λόγον ἢ διάνοιαν περὶ δεκατέσσαρα ἔτη (97) *rationem, & intellectum circa decimumquartum annum* nancisci, & ab eo termino περὶ τὸ εἰκοσὸν ἔτος τὸν νοῦν, καὶ τὴν σωφροσύνην, καὶ κριτήριον τῆς ἀληθείας *circa annum vicesimum mentem, prudentiam, & veritatis discerniculum* [unde & σωφρονιστῆρες (98) *prudentiales* ultimi illius ætatis dentes a Cleanthe appellati, ab Aristotele (99) κριτῆρες *judiciales*] consequi ; quibus τελειούμενοι *ad perfectionem devenientes* homines bonum a malo secernere valeant. Si denique conditionem illorum post excessum spectes, præsto tibi erunt duæ sententiæ; una *publicæ persuasioni*, altera sapientum captui uniformis.

§. 13. Prima Homericos *inferos statuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas; & illos quidem quietas ac delectabiles Elysiorum incolere regiones; hos vero luere pœnas in tenebrosis locis, atque in cœni voraginibus horrendis*, ait Lactantius (100); quod perinde est ac si dixisset, impios in Græcorum *abysso*, & *Tartaro* cruciandos. Quod vero infantum, puerorumque spiritus adtinet, jam tibi sisto Virgilianam νεκρολογίαν, qua Lactantius (101) ipse Stoicam sententiam agnoscit expressam, & juxta quam Æneæ (102)

Continuo auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantumque animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

quod magno illi Heroi contigisse scribitur statim post tranatam Acherusiam paludem, & longe prius quam ad locum deveniret, de quo comes Sibylla ad eundem (103),

Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis Magni sub mœnia tendit:
Hac iter Elysium nobis : at læva malorum

Exercet

(95) Ita Stoici apud Lactantium *lib. de Opif. Dei cap. 17. pag.* 1048. qui respexit certe ad ea, quæ e Chrysippo habet Plutarchus in *De Stoic. repugnant. pag.* 1052. *D. E.* 1053. *A.* — *D. & lib. de primo frig. pag.* 946.C. Vide ad hæc Lipsium *Physiol. Stoic. III.* 10. *pag.* 987.— 980.

(97) Ita Stobæus *Ecl. Phys.* apud Lipsium *Phys. Stoic. III.* 10. *pag.* 988. & Laertius *VII.* 55. *pag.* 398.

(98) Etymologici Magni Auctor *edit. Sylburg. ann.* 1594. *pag.* 742. Σωφρονιστῆρες οἱ ὕστερον τῶν ἄλλων ὀδόντων διαφυόμενοι κατὰ τὴν τοῦ φρονεῖν ὥραν περὶ τὸ εἰκοστὸν ἔτος. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καλεῖ αὐτοὺς κριτῆρας. quam lectionem prætulimus non modo Polluci *II.* 4. §. 21. legenti κραντῆρας; sed & Hesychio, & Aristotelis ipsius editoribus *Hist. Anim. II.* 4. *Tom. I. pag.* 783. *A. in f.* legentibus κραντῆρας; quum τὰ σωφρονιστῆρες καὶ κριτῆρες vere sint ἰσοδύναμα, non item κραντῆρες, nec κραντῆρες. Plinius *XI.* 63. *pag.* 622. *homini novissimi dentes, qui* genuini *vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur*. Genuinos eosdem nominavit & Cicero *de Nat. Deor. II.* §. 134.

[99] Aristoteles loco mox laudato.

[100] Lactantius *VII. cap.* 7. *pag.* 809. adde *cap.* 20. *pag.* 860.

[101] Lactantius *cit. cap.* 20. *pag.* 860. 861. Lipsius item *Phys. Stoic.* & Ægid. Menagius *ad Laertium VII.* 147. *pag.* 319. multa Stoica dogmata in Virgiliano Opere agnoscunt. Adde quæ infra (121)

(102) Virgilius *Æn. VI.* ℣. 426. — 429. adde *&* ℣. 305. — 308.

(103) Virgilius *Æn. VI.* ℣. 540. — 543.

Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

§. 14. Secunda vero ad σύμβολα ϗ αἰνίγματα *symbola & ænigmata* confugiens omnia poetica figmenta explodebat. Nullæ ergo Sapientibus Stoicis μοῖραι *Parcæ*; nullum χάος *Chaos*; nulla Τάρταρος *Tartara*; nullus ἔρεβος *Erebus*; nullus χάρων *Charon*; nullus Ἀχέρων *Acheron*; nulla Ἀχερουσία λίμνη *Acherusia palus*; nullus κωκυτὸς *Cocytus*; nullus πυριφλεγέθων *Pyriphlegethon*; nullus Ἄορνος λίμνη *Avernus lacus*, nisi quædam ænigmata, quæ Cornutus (104), ceteris adsentientibus tam Græcis, quam Latinis, vir quidem inter Stoicos magni nominis, & acutioris ingenii, nobis extricavit: Nullus demum Stoicis Ἅδης *Hades*, seu *Pluto*, nisi ὁ παχυμερέστατος ϗ προσγειότατος ἀὴρ ὁ δεχόμενος τὰς ψυχὰς (105) *crassissimus, & terræ proximior aer, suscipiendis animabus destinatus*, ita nempe adpellatus διὰ τὸ ἀειδὲς, ὅτι καθ' αὑτὸν ἀόρατός ἐστιν, ὅθεν ϗ διαιροῦντες Ἀΐδα αὐτὸν ὀνομάζομεν (106) *propter suam obscuri-*

(104) Cornutus *de Nat. Deor. cap.* 13. 17. 35. *pag.* 155. 156. 174. 175. 234. 235.

[105] Cornutus *de Nat. Deor. cap.* 5. & 35. *pag* 144. 145. 233. Hinc Cicero *Tuscul. I.* §. 42. 43. 60. &c. *hunc aerem crassum atque concretum... hoc nebulosum & caliginosum cælum* sæpe appellat. Præiverat autem Stoicis Empedocles, cujus quoad rerum principia hæc recitatur sententia

Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεὺς,
Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

in qua Empedoclem appellasse Δία τὸν αἰθέρα, τὴν δὲ γῆν Ἥραν, τὸν δὲ ἀέρα Ἀϊδωνέα, τὸ δὲ ὕδωρ Νῆστιν communiter [si Plutarchum excipias, cui Ἀϊδωνεὺς ἡ γῆ, & vicissim Ἥρη ὁ ἀὴρ sonavit *De placit. Philos. l.* 3. *pag.* 878. *A.*] arbitrantur Heraclides *De Alleg. Homer. pag.* 443. Athenagoras *in Legatione pro Christian. pag.* 22. C. D. Laertius *VIII.* 76. *pag.* 538. Stobæus *Eclog. Phys. pag.* 25. Sex. Empiricus *l. adv. Physicos lib. IX.* §. 362. *pag.* 620. Achilles Tatius *Isag. ad Arati Phænom. cap.* 3. *pag.* 75. aliique, inter quos Stoicus Cornutus *de Nat. Deor. cap.* 28. *pag.* 209. 210. 211. ait τὸν Ἄδωνιν esse τὸν Ἅδην, ἢ Πλούτωνα. Si quid tamen video, litem hanc contra Plutarchum dirimunt Poetarum Principes, Homerus, & Hesiodus, a quibus vocem illam Empedocles sumsisse censendus. Uni enim [*Ilia. V.* ✠. 190.]; alteri (*Theogo.* ✠. 913.) ὁ Ἀϊδωνεὺς est Ἅδης, atque hinc Hesychius *pag.* 29. Ἀϊδωνέος, τοῦ ᾅδου. Ἀϊδωνεὺς, ὁ θεὸς, ϗ ὁ τόπος. Ἀϊδωνι, τῷ ᾅδῃ. Ἀϊδώνια, θανάτιμα. Et Etymol. Magn. *pag.* 30. Ἀϊδώνια, θανάτιμα. Sed & τὸν Ἅδην esse σκοτεινὸν τὸν ἀέρα mox evincam.

(106) Id. *ibid.* Adde Plutarchum *de primo frigido pag.* 948. D. E. τὸ ἀέρα πρώτως σκοτεινὸν ἐν τῇ φύσει, πρώτως ϗ ψυχρόν ἐστιν. ὅτι δὲ ἀὴρ τὸ πρώτως σκοτεινόν ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ποιητὰς λέληθεν. ἀέρα γὰρ τὸ σκότος καλοῦσιν.

Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθεῖ' ἦν, οὐδὲ σελήνη
Οὐρανόθεν προὔφαινε
ϗ πάλιν
Αὐτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν, ϗ ἀπῶσεν ὀμίχλην,
Ἠέλιος δ' ἐπέλαμψε, μάχη δ' ἐπὶ πᾶσι φαάνθη.

ϗ γὰρ κνέφας τὸν ἀφώτιστον ἀέρα καλοῦσι, κενὸν (ὡς ἔοικε) φάους ὄντα. ϗ νέφος ὁ συμπεσὼν ϗ πυκνωθεὶς ἀὴρ ἀποφάσει φωτὸς κέκληται. καλεῖται δὲ ϗ ἀχλὺς ϗ ὁμίχλη, ϗ ὅσα τοῦ φωτὸς οὐ παρέχει τῇ αἰσθήσει δίοψιν, ἀέρος εἰσὶ διαφοραί. ϗ τὸ ἀειδὲς αὐτοῦ ϗ ἄχρωστον, Ἅδης ϗ Ἀχέρων ἐπίκλησιν ἔσχεν. & *pag.* 952. C. Idem in *de occulte vivendo pag.* 1130. *A.* τὸν δὲ τῆς ἐναντίας κύριον μοίρας, εἴτε θεὸς, εἴτε δαίμων ἐστὶν, Ἅδην ὀνομάζουσιν, ὡς ἂν εἰς ἀειδὲς ϗ ἀόρατον ἡμῶν, ὅταν διαλυθῶμεν, βαδιζόντων.

Νυκτὸς ἀϊδνῆς ἀεργηλοῖό θ' ὕπνου κοίρανον

Hinc Etymologici Magni Auctor *in* Ἅδης *pag.* 17. Ἅδης, χωρίον ἀφεγγὲς, σκότους αἰωνίου ϗ ζόφου πεπληρωμένον, παρὰ τὸ εἴδω τὸ βλέπω, εἴδης. ϗ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἀείδης, ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. ᾅδης γάρ ἐστιν ἡ σκοτεινὴ οἰκία. κ. τ. λ. In eadem

ſcuritatem, aut quod per ſe ſit inviſibilis; unde ad hoc etymon adludentes, *τὸν Ἄδην dividere, eumque Ἀΐδα nominare conſueverunt.*

§. 15. Monendum tamen ſub hanc τῦ Ἄδυ Stoicam definitionem, non infimum modo & denſiorem aerem venire, ſed & ſuperiorem omnem quaquaverſus ad Lunam uſque pertingentem. Siquidem Stoici Lunam *γεωδεστέραν, ἅτε καὶ προσγειοτέραν, καὶ ἀερομιγῆ* (107) *de terrâ plus habentem, quippe illi propiorem, & aeri permixtam* ſtatuentes, ejus *πῦρ θολερὸν καὶ τρυγῶδες* (108) *ignem turbidum & fæculentum* cenſebant, eamque γῆν ὀλυμ-.

eadem ſententia fuerunt & doctiſſimi Romanorum. Varro *de L. L. IV.* 10. *pag.* 13. *Idem hic* Dieſpiter *dicitur infimus aer, qui eſt conjunctus terræ, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur: quorum quod finis ortus,* Orcus *dictus.* Hæc autem notio primam certe ſuam originem Stoicis non debet. Nam & ante Zenonis ævum, idem τῦ ᾅδυ etymon quampluri mis placuiſſe docet nos Plato *in Cratylo pag.* 265. *C.—G. ὁ δὲ ᾅδης οἱ πολλοὶ μέν μοι δοκοῦσιν ὑπολαμβάνειν τὸ ἀειδὲς προσειρῆσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ. καὶ φοβούμενοι τὸ ὄνομα Πλούτωνα καλοῦσιν αὐτόν*; quod tamen ipſe ſub Socratis perſona frigidiuſcula rejeciſſe viſus eſt. Quin & ſi remotiorem optabis originem, jam præſto tibi erit Heſychius *pag.* 17. Babyloniorum fidem teſtans, quibus ἀδὰ, fuit ἡ ἥρα; quæ eſt ὁ ἀὴρ, tàm μεταθετικῶς, ut patet, quàm ἀλληγορικῶς, ut notarunt Plato [*in Cratylo pag.* 265. *G. ἴσως δὲ μετεωρολογῶν ὁ νομοθέτης τὸν ἀέρα ἥραν ὠνόμασεν, ἐπικρυπτόμενος, θεὶς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτήν.*] Cornutus [*de N. D. cap.* 2. *pag.* 143. *ἥραν δὲ τὸν ἀέρα καλοῦσιν οἱ παλαιοί. & cap.* 3. *ἡ ἥρα ἐστὶν ἀήρ.*] Auctor Vitæ Homeri [*pag.* 325. — 326. *ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀήρ.*] Haſychius idem [*in ἦρι pag.* 340.] Etymologus Magn. [*in ἥρα pag.* 434.] Cicero, aliique a Menagio laudati ad Laertium [*VII.* 147. *Obſervat. pag.* 319. *b.* 320. *a.*]. Imo & a Babylonico ἀδὰ Macedones ἀδῆ τὸν οὐρανὸν ideſt τὸν ἀέρα [quippe ſolemne fuiſſe antiquis τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν ait Plato *in Phædone pag.* 398. *G.*] denominaſſe, eidem Haſychio *pag.* 19. quis ultro inficias iverit? Certe Diogenes Stoicus a Seleucia Babylonicæ fuit originis: [Plutar. *de exilio pag.* 605. *B.* Laertius *VI.* 81. *pag.* 252. *& VII.* 39. *pag.* 389. *ad quæ loca videndi Caſaubonus, Aldobrandinus, & Menagius.* Fabricius *Bibl. Gr. III.* 15. *pag.* 402. *&c.*] & Stoicus Archedemus ab Athenis ad Parthos abiens, Babylone Stoicæ Scholæ ſucceſſionem reliquit. Plutarchus *ibidem*.

(107) Laertius *VII.* 145. *pag.* 456.

(108) Plutarchus *De facie in Orbe Lunæ pag.* 928. *C. D. ut &* 943. *E. F.* 944. *A.* ait Stoicos τὸ εἰκὸς *veriſimiliter* putaſſe τοῦ αἰθέρος τὸ μὲν αὐγοειδὲς καὶ λεπτὸν ὑπὸ μανότητος οὐρανὸν γεγονέναι. τὸ δὲ πυκνωθὲν καὶ συνειληθὲν, ἄστρα. τούτων δὲ τὸ νωθρότατον εἶναι τὴν σελήνην καὶ θολερώτατον. *& pag.* 933. *D.* εἴπερ ἂν ἡ σελήνη πυρὸς ἔλαχε βληχροῦ καὶ ἀδρανοῦς, ἄστρον ὄντα θολερωπὸν, ὥσπερ αὐτοὶ λέγουσιν. *& pag.* 935. *B.* ἡ σελήνη πῦρ θολερὸν ἔχει (ὥσπερ οἱ Στωϊκοὶ λέγουσι) καὶ τρυγῶδες: idque ex eo quod Lunam cenſebant μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος [Plutar. *de plac. Phil. II.* 25. *pag.* 901. *B.*) vel μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ γεώδους [Galenus *de Philoſ. hiſt. cap.* 15.] ſeu ἀέρος μίγμα καὶ μαλακοῦ πυρὸς [Plutar. *de facie in Orbe Lunæ pag.* 921.] ita ut illam ἡμίπυρον ſtatuiſſe ij videantur. Plut. *ibid. pa.* 928. *E.* In hoc autem Stoici celebriorum præcedentium Philoſophorum veſtigia perſequuti videntur niſi in eo, quod τὴν σελήνην ἐκ ἴδιον ἔχειν φῶς, rotundo ore pronuntiarunt. Laertius *VII.* 145. *pag.* 456. 457. Quippe Orpheus *hymn. VIII. ꝟ.* 11. 12. ait Lunam φέγγει τῷ σῷ λαμπομένην. Et Anaximander, Thaletis diſcipulus & ſucceſſor, definivit Lunam ex una concavâ ſui circuli apſide πλήρη πυρὸς [Plut. *de pl. Phil. II.* 25. *pa.* 901. *B.*] ac proinde habere eam ἴδιον φῶς [Plut. *ibid. II.* 28. *pag.* 901. *D.*] idque non ἁπλῶς, ſed additâ limitatione ἀραιότερον δέ πως [licet Stobæus *Eclog. Phyſ. pag.* 59. limitationis hujus Auctorem ſtatuat Ariſtotelem] & idcirco cenſuit τὴν τε σελήνην ψευδοφανῆ, καὶ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι, penes Laertium *II.* 1. *pag.* 79. quo tamen loci notavit Caſaubonus, Laertium pugnare cum Plutarcho, & Stobæo: *quomodo*

C *enim,*

οὐρανίαν, καὶ *ἄστρον γεῶδες* (109) *terram cœlestem* [*ætheream terram* vocavit Macrobius (110)] & *terreum astrum* adpellabant. Philo (111) item, Dionysius Halicarnassensis (112), & Macrobius (113), tam bene hanc sententiam illustrarunt, ut dubitare non sinant, quin Luna Stoicis fuerit terminus quidam discretivus inter ætherem superiorem, & aerem inferiorem, qui quantusquantus est ab eo limite ad nostræ telluris superficiem, totus crassus & naturaliter obscurus τοῦ ᾅδου denominationem obtineret. Quumque aer idem Lunâ & Terrâ sursum deorsum terminetur; hinc in communionem hujus Plutonici Regni, ut & Cocy-

enim, ait, *Luna* ἴδιον ἔχει φῶς, si est ψευδοφανής; quum contra, τὸ ψευδοφανὲς, pace tanti viri dixerim, vel respicit lucem Solis limpidissimam, quâ Luna ἴδιον φῶς, sed ἀραιότερον, adaugeat, & nostram tellurem illustret, vel lumen illud, *quale sub incertam lunam sub luce maligna*, ut olim Virgilius *Æn. VI.* 270. vel demum ejusdem Lunaris ἰδίου φωτὸς varietatem, mutationem, atque ὡς τὸ ψεῦδος *velut infidelitatem*. Anaximandro concinuit Heraclitus, cui non aliâ de causâ Sol λαμπρότερος, Luna ἀμαυροτέρα φαίνεται, nisi quâ ille ἐν καθαρωτέρῳ ἀέρι φέρεται, hæc autem ἐν θολερωτέρῳ. Plutar. *ibid. II.* 28. *pag.* 901. D.E. Anaxagoras item, & Democritus Lunam στερέωμα διάπυρον appellarunt penes eundem Plutarchum *ibid. II.* 25. *pag.* 901. C. licet Anaxagoras ipse, ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην dixerit, non omnium quidem primus, ut falso de se jactabat, sed post Thaletem, & Anaximandrum. Plato *in Cratylo pag.* 267. *F.* Plutarchus *in De εἰ Delphico pag.* 391. *A. De plac. Philos. II.* 28. *pag.* 901. *D.* & *De facie in Or. Lunæ pag.* 929. *B.* Antiphon demum ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην censuisse perhibetur. Plutar. *de plac. Phil. II.* 28. *pag.* 901. *D.* e quibus recte ait Achilles Tatius *Isag. ad Arati Phænom. cap.* 21. *pag.* 83. Philosophorum quosdam voluisse τὴν σελήνην εἶναι ἐκ πυρός. ἄλλους καὶ ἀέρος. ἐνίους δὲ γῆν πεπυρωμένην, στερέμνιον, ἔχουσαν πῦρ.

(109) Plutarchus *de Oracul. defectu pag.* 416. *E.* & *de facie in Orbe Lunæ pag* 935. *B.* 943. *E.* & *c.*

(110) Macrobius *in Somn. Scip. I. XI. pag.* 41. & ibi Pontanus *not.* 3. 4. & *cap. XIX. pag* 65.

(111) Philo Stoicam certe sententiam præ oculis habens in *lib. de Somniis pag.* 587. *A.B.* ait: Βάσιν καὶ ῥίζαν ἀέρος γῆν εἶναι, κεφαλὴν δ' οὐρανόν. λέγεται γοῦν ὅτι σελήνη πίλημα μὲν ἄκρατον αἰθέρος οὐκ ἔστιν, ὡς ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀστέρων, κρᾶμα δὲ ὄντα αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας, καὶ τό γε ἐμφερόμενον αὐτῇ μέλαν, ὃ καλοῦσί τινες πρόσωπον, οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ τὸν ἀναμεμιγμένον ἀέρα, ὃς κατὰ φύσιν μέλας ὢν, ἄχρις οὐρανοῦ τείνεται. Idem in *de Mundi Opificio pag.* 6. *E.* ad illud Geneseos I. 2. ὅτι σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου ait τρόπον γάρ τινα ὁ ἀὴρ ὑπὲρ τὸ κενόν ἐστιν, ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν ἀχανῆ, καὶ ἐρήμην, καὶ κενὴν χώραν ἐπιβὰς ἐκπεπλήρωκεν, ὅση πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῶν κατὰ σελήνην καθήκει. Et in *lib. de Abrahamo pag.* 378. *B.* τὸ φῶς ἐν οὐρανῷ μὲν ἄκρατον καὶ ἀμιγὲς σκότους ἐστὶν, ἐν δὲ τοῖς ὑπὸ σελήνην ἀέρι ζοφερῷ κεκραμένον φαίνεται.

(112) Dion. Halicarnass. (quem *Vitæ Homeri* Auctorem probavit Galæus) *pag.* 326. citatis aliquot Homeri versiculis, ita eos enarrat: ὅτι ἐν τῇ τοῦ παντὸς νομῇ Ζεὺς μὲν ἔλαχε τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν, Ποσειδῶν δὲ τὴν τοῦ ὕδατος, Ἅδης δὲ τὴν τοῦ ἀέρος. τοῦτον γὰρ λέγει ζόφον ἠερόεντα, ἐπειδὴ φῶς οἰκεῖον οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὑπὸ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων καταλάμπεται.

(113) Macrobius *in Somn. Scipion. I.* 19. *pag.* 65. ait *Lunam non habere lumen proprium, ceteras omnes stellas lucere suo, quod illæ supra Solem locatæ in ipso purissimo æthere sunt, in quo omne, quidquid est, lux naturalis & sua est . . . Lunæ vero, quia sola ipsa sub Sole est, & caducorum jam regioni luce sua carenti proxima, lucem nisi de superposito Sole, cui resplendeat, habere non potuit, denique quia totius Mundi ima pars terra est; ætheris autem ima pars Luna est; Lunam quoque terram, sed ætheream vocaverunt.*

Cocytiorum ſacrorum, Lunam quoque (quæ una eademque (114) prorſus ac Proſerpina ſeu Perſephone, Diana, Hecate, Juno Lucina &c.) velut terream, & aerigenam adſcitam videmus; quippe quæ inferorum, & mortuorum Βασίλισσα καὶ ἄνασσα (115) *Regina* æque, ac Pluto eorundem perpetuus ἄναξ (116) καὶ Βασιλεὺς *Rex* adpellatur.

§. 16. Rejectis igitur omnibus paradoxis, & anilibus Poetarum nugis, & puerilibus terriculamentis, ſumma Sapientum Philoſophorum puræ necrologiæ hæc erat, quam ex Plutarcho, Laertio, Empirico, Euſebio, Cicerone, Seneca utroque, Tertulliano, Lactantio &c. hauſerunt Viri Eruditi, & inprimis Lipſius (117), & Thomaſius (118); ſcilicet *τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἐπιμένειν, φθαρτὴν δ᾽ εἶναι* (119) *animam* (i. e. *ſpiritum*: ita *καταχρηστικῶς abuſive* Stoicorum dogmata pronuntiant ii, qui cum eis, vel ab eis non ſtabant) *poſt mortem quidem permanere, corruptioni vero obnoxiam eſſe*; hac tamen adhibitâ diſtinctione (120), *τὴν μὲν ἰσχυροτέραν, οἵα ἐστὶ περὶ τοὺς σοφοὺς, μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως robuſtiorem, vivacioremve, qualis illa Sapientum, uſque ad* univerſi *conflagrationem*, eandemque in ſubliminori τῷ ᾅδῃ ſede prope Lunæ orbem collocatam; *τὴν δὲ τῶν ἀπαιδεύτων ἢ ἀφρόνων ἀσθενεστέραν ἅμα τοῖς συγκρίμασι* (121) *γενέσθαι, καὶ πρὸς πόσους τινὰς χρόνους ἐπιμένειν infirmiorem vero, qualis ineruditorum & inſipientum, una cum concretis* vitiis *ad aliquot tempora permanere*. Horum tamen *ἀπαιδεύτων ineruditorum* duplex genus rectiſſimâ ratione cum laudato Lipſio (122) agnoſcere debemus; unum eorum, qui nuſquam eruditi dum in vivis eſſent, corporeâ ignorationis labe prægravati decedunt; quumque altius ſe tollere nequeant, *ἐν τῷ τῷ ᾅδῃ ταρτάρῳ ἢ ἐρέβῳ, τουτέστι ἐν ἀέρι παχυμερεστάτῳ, καὶ προσγειοτάτῳ in Plutonis tartaro ſeu erebo, ſcilicet in aere denſiſſimo, & terra proximiori* tamdiu verſari compelluntur, donec ſuis ipſi

ſordibus

(114) Cornutus *de N. De. cap.* 34. *pag.* 230.—233. Kippingius *Ant. Rom. l.* 1. §. 16. *pag.* 25.—29. *l.* 2. §. 5. *pag.* 74.—75. & *l.* 2. §. 8. *pag.* 89.—94. ubi luſe differit de communione horum nominum, & de *Cocytiis* Sacris. Adde Varronem *de L. L. IV.* 10. *pag.* 13.

(115) Supra §. 5. not. (40)

(116) Supra §. 5. not. (41)

(117) Lipſius *Phyſiol. Stoic. III. diſſ. XI.—XV. pag.* 989.—999. & Thomaſius in *de Exuſt. Mun. Stoi. diſſ. XV.* cui titulus *Stoica animarum mortalitas* §. 1.—24. *pag.* 227.—232. Hi doctiſſimi Viri ex innumeris Auctoribus Græcis Latiniſque collegerunt quicquid pertinet ad rem, quam in hoc paragrapho ſummatim agimus.

(118) Thomaſius mox laudatus (97)

(119) Sunt hæc verba Laertii *VII.* §. 156. *pag.* 465. qui tamen §. 157. *pag.* 466. addit: Κλεάνθης μὲν πάσας τὰς ψυχὰς ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως. Χρύσιππος δὲ, τὰς τῶν σοφῶν μόνων. Panætius autem omnes cum corporibus animos interire arbitrabatur apud Ciceronem *Tuſcul. I.* §. 79.

(120) Plutarchus *de Plac. Phil. IV.* 7. *pag.* 899. C. οἱ Στωϊκοὶ ἐξιοῦσαν τῶν σωμάτων τὴν ψυχὴν ὑποφέρεσθαι, τὴν μὲν ἀσθενεστέραν ἅμα τοῖς συγκρίμασι γενέσθαι, ταύτην δὲ εἶναι τῶν ἀπαιδεύτων. τὴν δὲ ἰσχυροτέραν, οἵα ἐστὶ περὶ τοὺς σοφοὺς, καὶ μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως: quæ ſic explicat Arius Didymus apud Euſebium *Pr. Ev. XV.* 20. *pa.* 822. *A. B.* ubi de Stoicis: τὴν δὲ ψυχὴν γεννητήν τε καὶ φθαρτὴν λέγουσιν· οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ᾽ ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ᾽ ἑαυτήν. τὴν μὲν τῶν σπουδαίων μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων. τὴν δὲ ἀφρόνων πρὸς ποσούς τινας χρόνους.

(121) Hæc Stoica *συγκρίματα concretas labes* appellavit Virgilius *Æn. VI.* ✝. 738. 746. *inhærentia vitia*, *ſitumque mortalis ævi* Seneca *conſol. ad Marciam cap.* 25.

(122) Lipſius *Phyſ. Stoic. III.* 14. *pag.* 996. 997.

ſordibus, velut rubigine ferrum, exedantur, & in nihilum abeant; alterum eorum, qui immaturâ morte prærepti, per eundem infimum *ἀέρα* uſque vagantur, non quidem *παίζοντας ludentes*, ut de Callæſchro puero ait quidam Poeta (123), nec *flentes*, ut finxit Virgilius (124), ſed dum (125) prææreptæ ætatis tempora explentes, a Sapientibus multo ſuperioribus eruditi tranſvolent ad illorum Lunares ſedes, ſin contra deorſum deprimantur.

§. 17. Hinc apud Græcorum Epigrammatum Anthologicos Auctores figurantur: 1. Niobe una cum filiis (126) ad Charontem itura: 2. puella ſeptennis *ἄωρος εἰς ἀΐδην, πολλῆς ἡλικίης προτέρη* (127) *intempeſtiva ad Plutonem, ante canam ætatem*: 3. pater quidam Proſerpinam rogans (128), ponat defunctum puerum in ſinu præmortuæ matris: 4. puella quatuordecennis *εἰς Ἀχέροντα* (129) *ad Acherontem*: 5. Philænis *ὠκύμορος παῖς puella celeri fato rapta* innupta *εἰς Ἀχέροντα* (130) *ad Acherontem*: 6. Artemidorus duodecennis in flecti-neſcium, irremeabilemque locum defunctorum (131): & alia hujuſmodi exempla.

§. 18. Ceterum quod Stoici cenſuerunt ſpiritus omnes, pios, impios, medios, diſcriminatis tantum ſedibus, in uno tamen eodemque communi *τοῦ ᾅδου* conceptaculo detineri; idipſum tenuerunt, I. Græci omnes recentiores, qui *ἠλύσιον πεδίον Elyſium campum* pro parte ſuperâ *τοῦ ᾅδου*; *τάρταρον δὲ, ἔρεβον, μέγα χάσμα κ. τ. λ. Tartarum autem, Erebum, magnum hiatum* &c. pro inferâ; præmia, & pœnas intra fines ejuſdem loci exerceri; *δαίμονας ἀέριον γένος dæmonas aerium eſſe genus*; ipſumque aerem habitaculum ſpirituum eſſe voluerunt: II. Judæi, quibus a terrâ ad cælum omnia ſpiritibus plena creduntur; & inter eos ſpeciatim Eſſeni, quos in hac re *ὁμοδοξοῦντας παισὶν Ἑλλήνων communem cum Græcis ſententiam fovere* diſertis verbis Joſephus pronunciavit: III. Ipſi demum Chriſtianæ Religionis Anteſignani; apud quos unus *ᾅδης*, commune omnium animarum receptaculum ad uſque extremi judicii diem, (ita nempe illorum ſæculorum error ferebat) in duas partes erat pari modo tributus; unam nempe, quam *τάρταρον, ἄβυσσον, σκότος ἐξώτερον κ. τ. λ. tartarum, abyſſum, tenebras exteriores*, dicerent; alteram, quam *τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ ſinum Abraam* appellarent; illam piorum quieti, hanc impiorum cruciatui deſtinatam. *Itaque*, recte ait Grotius, *fuit Dives* Epulo *quidem ἐν ᾅδῃ, ſed fuit ἐν ᾅδῃ etiam Lazarus, diſterminatis ᾅδου regionibus*; diſterminatis utique non magis *κατὰ μῆκος in longitudinem*, quam *καθ' ὕψος in altitudinem*, quum

(123) Antholog. *III.* 9. *ep.* 3. ἔςαι μὲν ὅγε παῖς ἐνὶ δώμασι Φερσεφονείας παίγνιον.

(124) Supra §. 13. not. (102)

(125) Tertullianus *de Anima cap.* 54. *pag.* 303. *D. Stoicos quidem miror, quod imprudentes animas circa terram proſternant, cum illas a ſapientibus multo ſuperioribus erudiri adfirment.* & *cap.* 56. *pag.* 305. *A. B.C. Ajunt & animas immaturâ morte præventas, eo uſque vagari iſtbic, donec reliquatio compleatur ætatum, quas tum pervixiſſent, ſi non intempeſtive obiiſſent.* &c. &c. *imprudentes* vero *animæ* ſunt quas Plutarchus *ἀπαιδεύτους*, Arius Didymus *ἄφρονας* appellarunt: ſupra (120)

(126) Anthol. *III.* 7. *ep.* 4.

(127) Anthol. *III.* 23. *ep.* 15.

(128) Anthol. *III.* 23. *ep.* 19.

(129) Anthol. *III.* 23. *ep.* 24.

(130) Anthol. *III.* 32. *ep.* 12.

(131) Anthol. *III.* 32. *ep.* 9.

quum Dives nonnisi *ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ* *sustollens* in altum *oculos suos* Lazarum viderit *ἀπὸ μακρόθεν nimis a se remotum*: quæ omnia prout in unum composuit Auctor Hellenico-Judæo-Christianus celebratissimi fragmenti (132) *περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας de Causa Universi*, ita separatim fusissime, & summa cum eruditione Grotius (133) sæpe merito laudatus, Burnetius (134), aliique Cl. Viri (135) de Litteraria Rep. benemeritissimi pertractarunt.

§. 19. His semel præmissis, en quam leniter leviterque fluit hujus Epigrammatis sensus. Rogat Auctor Mercurium velut *ἄγγελον Φερσεφόνης nuncium Proserpinæ*, eâ nimirum de causa, quod ageret de puero optimæ spei, qui licet in *tartarum Plutonis* duceretur, quasi ad *scholam* erudiendus, erat tamen mox adscensurus ad Sapientum habitacula, *Persephones* i. e. Lunæ orbi propiora. Ipsa autem vox *ἀΐδεω* isthic adposita ab eodem Auctore, non tam ut metro serviret, quam ad firmandum etymon *τοῦ ἰδεῖν* a Cornuto, aliisque supra (136) traditum. Hæc vero annon manifesto esse videntur Stoici hominis, verbis & rebus novam significationem appingentis, & Homeri, Hesiodi, aliorumque veterrimorum Poetarum dictiones, sub obtentu publicæ persuasionis, ad suam sententiam symbolice & ænigmatice subtilius detorquentis? Prorsus satis.

§. 20. Dum contra Academicos res a me pro Stoicis gereretur, en Plutarchus repente prodit in scenam; qui, licet destinato Stoicorum hostis, Academicorum commilito, novâ tamen ex utrorumque castris conflatâ Psychologiâ, aliam aperit viam, qua ad eandem metam cuicunque detur pervenire. Profecto omnibus scientiis (ne dicam artibus, moribus, usibus, consuetudinibus), quin & scientiarum singulis sectis, sectarumque item peculiaribus sententiis dogmatibusque, certas quasdam periodos ita a natura comparatas ad liquidum jam exploratum est, ut nisi Plato (137) inter Græcos, & Paterculus (138) inter Latinos disertissimis verbis hoc probassent, vel ipsa experientia (139) nos abunde do-

(132) Quod David Hœschelius a Maximo Margunio acceptum primus vulgavit *in notis ad Photium pag.* 9—12. deinde Stephanus Monachius, aliique Josephi Operibus [ut *Tom. II. Append. pag.* 145—147. *noviss. edit.*] adjecerunt; quodque aliqui Josepho eidem, alii Cajo Presbytero, alii S. Hippolyto Portuensi tribuunt. Vide Thomam Ittigium *Prolegom. in Josephum loc. cit. pag.* 95. & Cl. Fabricium *Bibl. Græc. IV.* 6. §. 8. *in ead. Append. pag.* 64.

(133) H. Grotius *comm. ad Matth. VIII.* 12. *pag.* 96. *a. XVI.* 18. *pag.* 162. *b.* 163. *a. ad Luc. VIII.* 31. *pag.* 390. *b.* 391. *a. XVI.* 22.—26. *pag.* 424. *b.*— 427. *a. in Ep. ad Ephes. II.* 2. *pag.* 887. *b. & in II. Ep. Petri II.* 4. *pag.* 1117. *a.*

(134) Th. Burnetius *de statu mort. & resurg. cap. IV. pag.* 55.— 58. 73. *&c.*

(135) Cappellus uterque alias laudati, ut supra (47) aliique.

(136) Supra (106)

(137) Plato *in Conviv. pag.* 329 G. H. ubi de continuata omnium corporum novatione, addit: καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν. οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναὶ, λῦπαι, φόβοι, τέτων ἕκαστα ὐδέποτε τὰ αὐτὰ πάρεστιν ἑκάστῳ. ἀλλὰ τὰ μὲν γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυται. πολὺ δὲ τέτων ἀτοπώτερόν ἐστιν, ὅτι καὶ αἱ ἐπιστῆμαι, μὴ ὅτι αἱ μὲν γίγνονται, αἱ δὲ ἀπόλλυνται ἡμῖν. καὶ ὐδέποτε οἱ αὐτοί ἐσμὲν ὐδὲ κατὰ τὰς ἐπιστήμας. ἀλλὰ καὶ μία ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταυτὸ πάσχει. ὃ γὰρ καλεῖται μελετᾶν, ὡς ἐξιούσης ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης. κ. τ. λ.

[138] Vell. Paterculus lib. I. cap. 16. 17. pag. 57.— 62.

(139) Et generatim, & singillatim de omnibus Sectis & religiosis, & Philosophicis

de doceret, redderetque certiores; quum inter sapientes etiam viros (140) *corrumpere, & corrumpi seculum vocetur*. Hoc autem, quod in omnibus semper verum, in Philosophicis rebus verissimum deprehenditur. Exemplo sint, ne ab instituto sermone longius divagemur, Academicorum & Stoicorum sectæ; quarum prima (quum utræque domesticis magis, quam externis hostibus diu laborassent) sub Antiochi demum ductu ab usque Lucii Tuberonis ævo, a se ipsa ad alteram deficiens, ita cum ea coivit, ut communes utriusque Sectæ *παῖδες filii* non alii viderentur Ænesidemo, Ciceroni, & Empirico, quam *Στωϊκοὶ μαχόμενοι Στωϊκοῖς* (141) *Stoici cum Stoicis ipsi pugnantes.*

§. 21. Scilicet & Plutarchum tale quid passum videmus; qui, quamvis se Academicum gerat; & quanto Platonicos ad Cælum laudibus effert, tanto Stoicos deprimat; & Zenonis, Cleanthis, Chrysippi, Antipatri, Posidonii, aliorumque de eadem familia nunc *ἐναντιώματα* (142) *contradictiones* exponat, nunc in demonstrando *παραδοξότερα τοὺς Στωϊκοὺς τῶν ποιητῶν λέγειν* (143) *Stoicos absurdiora, quam poetæ, dicere*, totus incumbat; est tamen ubi (144) Stoicam commendat Philosophiam, dummodo cum gravi & miti ingenio temperetur; est ubi (145) Stoica dogmata probabilia censet, & ceteris anteponit; est denique ubi (146) eadem dogmata cum aliis diversarum Sectarum facillime componit. Is igitur nunquam *in se totus teres, atque rotundus*, ut de animabus mortuorum novam sententiam proferret, eamque e Platonicorum & Stoicorum disparibus scitis compositam, atque coagmentatam, uno quidem loco (147) sat prolixam texuit fabulam de Thespesio Solense, tertiâ post mortem

---

phicis verum est, quod de Essenis notavit ὁ πάνυ Salmasius *ad Solinum pag. 610. b. D.——612. D. E. Edit. Paris. 1629. Certum est Ossenorum sectam ab Essenis non fuisse diversam. Profecto nomen idem est. Atqui de Ossenorum secta multa Epiphanius narrat, quæ ab Essenorum proposito quadamtenus aliena videantur esse. Non mirum tamen hoc debet videri. Omnia tempore mutantur. Paucæ Sectæ puritatem instituti ad ultimum servarunt.* additque Epiphanii judicium de Ossenis & Sampsæis: φύσει δὲ οὔτε οἱ Σαμψαῖοι ἑρμηνευόμενοι οὔτε Χριστιανοὶ ὑπάρχοντες, οὔτε Ἰουδαῖοι, οὔτε Ἕλληνες, ἀλλὰ μέσον ἁπλῶς ὑπάρχοντες, οὐδέν εἰσι.

[140] De Sapientibus dico, quæ de feminis antiquæ Germaniæ negaverat Tacitus *de morib. Germ. cap. 19. pag. 431.* Nihil verius quam quod de Philosophorum sententiis nuper ait Vir facetissimus [Le Marquis d'Argens *dans la Philosophie du bon-sens. Reflex. III. §. 20. To. I. pag. 456.*] *Vous me demanderez sans doute ce que je pense de cette attraction Newtonienne, dont tant de gens parlent aujourd' hui. Je pourrois vous dire que cela est dans l'ordre, puisqu'elle jouit des droits de la nouveauté, & que les Savans ne se laissent gueres moins entrainer au goût de la mode que les Dames.*

[141] Sunt hæc Ænesidemi verba penes Photium *μυριοβ. cod. CCXII. pag. 543.* quæ non fugerunt curam Cl. Fabricij *in Adnot. ad Sex. Empiric. Pyrrh. Hyp. I. 33. §. 235. pag. 62. not. F.* ubi Ænesidemo Empiricum, & Ciceronem concinere ostendit.

[142] Plutarchus *lib. περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων. pag. 1033.— 1057.*

[143] Plutarchus *lib.* ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν. *pag. 1057. — 1058. & πρὸς τοὺς Στωϊκούς. pag. 1058. — 1086.*

[144] Plutarchus *in Cleomene pag.* . . ἔχει τι ὁ Στοϊκὸς λόγος πρὸς τὰς μεγάλας καὶ ὀξείας φύσεις ἐπισφαλὲς καὶ παράβολον. βαθεῖ δὲ καὶ πραεῖ κεραννύμενος ἤθει, μάλιστα εἰς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν ἐπιδίδωσι. Vide Lipsium *Manuduct. ad Stoic. Phil. I. 16. pag. 672.*

[145] Plutarchus *To. II. passim.*

[146] Plutarchus *To. II. passim.*

(147) Plutarchus *de his, qui sero a num. pun. pag. 563. B. 568. A.* quem locum, lectu sane dignissimum, adeat lector, ut certius noscat, quid possit Platonicus iste personatus.

mortem die reviviscente (instar Platonici Eris) & ea, quæ viderat, narrante; quibus tamen heic, brevitatis causâ, supersedendum censeo: alio item finxit hospitem quendam Ogygium, seu Americanum (148), ad Saturniam beatam (149) insulam (extra Britannicum Oceanum ad æstivum Solis occasum sitam) primo appulsum, ibique tricennali familiarium Geniorum contubernio astrologiæ maximam peritiam nactum, Carthaginem exinde advenisse; ibidemque plurimos annos commoratum, *διφθέρας ἱερὰς sacras* quasdam *membranas* jampridem humi latenter defossas reperisse; postremo cum L. Sylla in hæc verba, quæ perstringemus, loquutum (150): „ Lunam, inter omnes φαινομένους Θεοὺς adparentes Deos, ma-
„ jori veneratione separatim colendam, *ὡς τῷ βίῳ κυριωτάτην οὖσαν* (151)
„ *quippe quæ in hominum vitam summum jus haberet*: multa apud Græ-
„ cos non omnino recte de Diis jactari, quale illud de Cerere & Pro-
„ serpina (152), quas in unum eundemque locum conjiciunt; quum
„ contra Ceres in hac terrâ sit, & in terrestria imperium exerceat;
„ Proserpina autem in Luna, a Lunaribus adparentiis Κόρης καὶ Περσε-
„ φόνης *Pupillæ & Persephones* adpellationes sortita: hujus telluris,
„ ejusque

[148] Quod antiqui aliquam Americanæ terræ, ejusque insularum, notitiam habuerint e veterum Carthaginensium, Phœnicum, & Gaditanorum navigationibus, indubium tenent Eruditi. Schmidius *Diss. de America ad Pindar. Edit.* Bernecerus *quæ. Miscell. in Tacit. quæ.* 882. Bochartus *Phaleg. IV.* 33. Rupertus *ad Val. Maxim. IV. 6. dissert.* 2. Perizonius *ad Ælian. Va. Hi. III.* 18. *pag.* 247.— 249. Wesselingius *ad Diodor. V.* 19. ℣. 28. *pag.* 344. 345. Cellarius. Hornius. aliique penes Anglos Auctores Historiæ Universalis *Edit. Gall. Amsteled. Tom. XII. pag.* 431. *& Tom. XIII. pag.* 116. 117. qui exinde conficta arbitrantur ea, quæ habemus de Atlantide penes Platonem *in Timæo pag.* 525. *& in Critia pag.* 559.— 564. de alia simili magna Insula apud Diodorum *V.* 19. 20. *pag.* 344—346. de Meropide penes Ælianum *Var. Hist. III.* 18. *pag.* 242. de Ogygia Calypsûs insula apud Homerum *Ody. V.* ℣. 55.— *& c. & VII.* ℣. 244.— *& c. ad mentem Eustathii apud Perizon. l. c. pag.* 248. cui ὁμώνυμος & ὁμόφωνος est Ogygia, de qua heic sermo est, aliisque insulis memoratis Plutarcho loc. mox citando [150] His interim Auctoribus adde quæ habet Aristoteles *de Mundo cap.* 3. *pag.* 603. 604. *& de Mirabil. pag.* 1157. *B. C.* 1165. *B. C. Tom. I.*

(149) Jo. Geor. Grævius *Lect. Hesiod. cap. V. pag.* 24. 25. ostendit Saturnum in remotissimis beatis quibusdam insulis, ad terræ fines & juxta Oceanum sitis, imperasse Semideis eas incolentibus &c. ex Hesiodo *Oper.* ℣. 156.——173. & ex elegantissima inscriptione monumenti Regillæ uxoris Herodis. His adde Diodorum *III.* 61. *& V.* 66. ubi Saturni regnum in Occiduis terræ partibus statuit: quod tamen de Saturno Atlantis fratre intelligendum ait. Male itaque Salmasius dubitat an usquam legatur beatas insulas fuisse sub imperio Saturni.

(150) Hæc omnia, ut & quæ præcedunt de Ogygia, aliisque insulis, fuse persequitur Plutarchus *de facie in Orbe Lunæ*, *pag.* 941. *A.*— 945. *D.* e quibus vero Poetarum, Platonis, & Stoicorum sententiis hanc fabulam conflarit Plutarchus, mox aperiemus.

(151) Ex Hesiodo *Theog.* ℣. 413. 421. 422. ubi de Hecates imperio in fatum, & sortem omnium hominum. Hecate autem est Luna. Sed & Orpheus *Hymn.* 28. ℣. 15. 16. expressis verbis ait:

Ζωὴ καὶ θάνατος μόνη θνητοῖς πολυμόχθοις.
Φερσεφόνεια· φέρεις γὰρ ἀεὶ καὶ πάντα φονεύεις.

Macrobius *in Somn. Scip. I. XI. pag.* 40.— 41. e Platonicorum ævi sui sententia *Lunam* appellat *vitæ mortisque confinium*: ad quem locum adnotavit Pontanus, apud Apulejum *Metam. XI.* Proserpinæ limen appellari *confinium mortis*.

(152) Proserpinam a sua Lunari sede deturbarunt multi Poetarum Græcorum, quos videsis in Anthologia *lib. III. per tot.*

,, ejusque umbræ terminum esse Lunam (153) ; ac proinde Elysium
,, campum, quem *ἐν πείρασι γαίης in terræ finibus* Homerus (154) statuit, in Lunâ quærendum: in Elysium bonos tantum viros deferri,
,, eosque facillimam modo, non item beatam aut divinam agere vitam
,, *ἄχρι τοῦ δευτέρου θανάτου usque ad secundam mortem*: hominem tribus
,, (155) constare, *τῷ σώματι corpore, τῇ ψυχῇ animâ, καὶ τῷ νῷ & mente*,
,, quæ tanto animâ divinior, quanto anima corpore præstantior: a
,, terrâ corpus, animam a Lunâ, a Sole mentem homini præberi:
,, mortuos ab Atheniensibus *Δημητρείους Cereales* recte appellari: a Cerere cui *σύνοικος χθόνιος ὁ Ἑρμῆς* (156) *terrestris Mercurius est contubernalis*, animam a corpore solvi *ταχὺ καὶ μετὰ βίας celeriter, & per vim*: a Proserpinâ vero unigenitâ (157), cui contubernalis *ὁ Ἑρμῆς οὐράνιος Mercurius cælestis*, mentem solvi ab animâ *πρᾳέως καὶ χρόνῳ πολλῷ leniter, & longo temporis decursu*: Omnem animam *ἄνουν τε καὶ σὺν νῷ seu amentem seu mente præditam*, a corpore excedentem
,, *μεταξὺ γῆς καὶ σελήνης χωρίῳ πλανηθῆναι* (158) fati quadam lege *in regione terram Lunamque interjacente vagari*; non idem tamen errandi tempus esse omnibus præscriptum: impias quidem & intemperatas (in aere profundiori) pœnas luere flagitiorum: pias vero *ἐν τῷ πρᾳοτάτῳ τοῦ ἀέρος, ὃν λειμῶνα ᾅδου* (159) *καλοῦσι, δεῖ γίνεσθαι χρόνον τινὰ τεταγμένον in puriore aeris regione, quam Plutonis prata appellant, ad aliquod præfinitum tempus versari oportere*, quantum satis
,, sit ad corporeas labes (160) lustrandas & abolendas: easdemque tanquam ab exilio in patriam (Lunam) regressas gaudium degustare,
,, quale qui sacris initiantur (161), trepidatione ac suavi spe permixtum: ex eis quippe multas extrudi (162), & velut æstu projici,
,, jamjam Lunam subire affectantes; alias, quum eo pervenerint, *περὶ κάτω subverti*, & *οἷον εἰς βυθὸν αὖθις tanquam in profundum denuo*
,, devolvi: quæ autem sursum evaserunt, firmiter ibi collocatæ, has
,, primum constantiæ pennis coronari (163), & ab æthere circumlunari vim quandam, robur, & aspectum pæne radiatum nactas, stabiles & pellucidas fieri: conspicere eas ipsius Lunæ magnitudinem,
,, pul-

(153) Hoc e Stoicis petitum. Vide supra §. 15.

(154) Homerus *Odyss.* IV. 563—568. Hesiodus *Oper. & Di* ℣. 168—173. ut & de Hesperidum hortis *in Theog.* ℣. 215. 216. 518.

(155) Hominem τῷ σώματι, τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ νῷ constare agnovit Plato, & Stoici omnes demonstrarunt. Vide quæ ad hoc collegit Cl. Lipsius *de Constant. l.* 5. *pag.* 532. & *Physiol. Stoic.* III. 9. 16. 17. 18. *pag.* 986. 987. 1000.—1005. *Tom. IV.*

(156) Vide supra §. 1. & infra §. 23. ubi de *Mercurio Chthonio* Græcorum Poetarum.

(157) Hesiodo *Theog.* ℣. 426. 448. Hecate, quæ & Proserpina, est μονογενής. Et Orpheo seu Onomacrito *hymn.* 28. ℣. 1. 2. dicitur [illegible].

(158) Hoc est mere Stoicum, ut dictum supra §. 15. 16.

(159) Inferorum τὸν λειμῶνα, in quo animæ judicium subeunt, nominavit Plato *in Gorgia pag.* 313. *A. in Phædro pag.* 345. *E. & de Rep. X. pag.* 519. *A. E.*

(160) Et hoc Stoicum: supra §. 16.

(161) Hoc respicit Platonem *in Phædone pag.* 380. *F.*

(162) *Extrusio, projectio, & subversio* hæc sumta a Platone *in Phædro pag.* 345. *B*——*F in Phædone pag.* 400. *F. G. & de Rep. X. pag.* 519. *B.*—*E.*

(163) Piorum *coronatio* est apud eundem Platonem *de Rep. II. pag.* 423. *H.*

„ pulcritudinem, & naturam, non sane simplicem, & sinceram, ἀλλ' „ οἷον ἄστρυ σύγκραμα καὶ γῆς ἔσαν (164) *sed velut ex astro & terrâ con-* „ *temperatam*: hanc autem, instar nostræ telluris, καὶ βάθη καὶ κοιλώμα- „ τα *& profunditates*, *& cavernas* habere; quarum maxima Ἑκάτης „ μυχὸς (165) *Hecates penetralia* appellatur, & in qua animæ judi- „ cium dant & accipiunt omnium, quæ a nativitate vel passæ sunt, „ vel egerunt; aliæ vero duæ (166) sunt parvæ, per quas animæ trans- „ eant nunc versus Lunæ cælum, nunc denuo versus terram, una „ quidem ad Elysium campum ducens, altera Περσεφόνης καὶ Ἀντίχθο- „ νος (167) *Persephones & Antichthonis* appellata: animam (addidit) „ a mente efformari, & corpus undiquaque ita amplecti, ut formam „ ab eo sibi impressam etiam ab utroque separata retineat, & hinc „ εἴδωλον (168) *idolum* recte denominetur: eandemque animam a men- „ te separari amore Solaris imaginis, per quam effulget id, quod ex- „ petendum, pulcrum, divinum, beatumque est bonum, quodque o- „ mnis, licet diversis modis, appetit natura: Lunam esse στοιχεῖον *ele-* „ *mentum* animarum, Solem (169) mentium, Terram corporum: ani- „ mas proinde εἰς τὴν σελήνην ἀναλύεσθαι *in Lunam resolvi*, mentes in „ Solem, corpora in terram: Lunam, mentes sursus adseminante So- „ le, vitali eas vi excipientem, Εἰλείθυιαν *Eileithyiam* dici dum eas „ cum animabus componit; Ἄρτεμιν *Dianam* dum, aliâ atque aliâ fa- „ cultate, composita dividit corporibus miscenda: e tribus insuper „ Parcis (170) *Atropon* circa Solem collocatam, initium ortûs præbe- „ re; *Clothon* circa Lunam vectam, colligare, & miscere; *Lachesin* „ terram contingere, eique plurimum fortunæ esse admixtum: corpo- „ ra demum juris sui non esse, sed aliis se afficienda præbere; men- „ tes non aliunde affici, sed imperium obtinere; animas mixtum quip- „ piam ex utrisque, & medium, instar Lunæ; quæ ex superis & in- „ fimis a Deo mixta, hanc ad Solem rationem habet, quam terra ad „ ipsam Lunam.

§. 22.

---

(164) Stoicum dogma: supra §.15. cum not.

(165) Μυχὸς est vox in describendis inferis ab Hesiodo, aliisque Poetis primum, exinde ab Essenis usurpata: supra not. 47.

(166) Hæc duo βάθη καὶ κοιλώματα sunt pura putaque Platonica, ut in *De Rep. X. pag.* 518. *G. cum sequ.* ubi Er Armenii filius in Inferis se vidisse fabulatur communem quendam locum, quo omnes animæ deportantur judicium subituræ; ἐν ᾧ τῆς γε γῆς δύο εἶναι χάσματα ἐχομένω ἀλλήλοιν, καὶ τῦ ὀρανῦ αὖ ἐν τῷ ἄνω ἄλλα καταντικρύ. δικαστὰς δὲ μεταξὺ τύτων καθῆσθαι. κ. τ. λ. quæ omnia ad rem.

(167) Τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ ὀρανῷ agnovit Plato *in Phædone pag.* 398. *F. cum seq.* Ἀντίχθονα Pythagoras primus excogitavit; eademque voce Icetas, Philolaus, ceterique Pythagorici omnes usi. Plutarchus *de plac. Phil. III.* 9. *&* 11. *pag.* 895. C.E. *& de animæ procrea. ex Timæo pag.* 1028. *B.* Porphyrius *in vita Pythagoræ pag.* 21. *V.* 8. *edit. Rom.* 1630.

(168) Εἴδωλον in hoc sensu millies reperitur in Homericâ necrologiâ, Platone probante.

(169) Hoc Stoicum esse patet ex iis, quæ habet Lipsius *Phys. Stoic. II.* 13. *pag.* 928. 929.

(170) Tribuit quoque Plato (*de Rep. X. pag.* 520. *B.C.* 521. *D.E.*) Parcis nominatim sua munera; quæ animarum jam purgatarum παλιγγενεσίαν respiciunt. Vide tamen Plutarchum *de Fato pag.* 588. *D.*

§. 22. Huc usque hospes Ogygius seu Americanus. In his vero quis Plutarchum Mythico-Platonico-Stoicum non deprehendat? Ceterum si cui volupe est credere, Epigrammatis Auctorem simile quid, vel aliud paradoxum dogma admisisse, me *καθ' ὑπόθεσιν conditionaliter* consentientem habebit, tum præsertim, quod insequuta Plutarchum ætas (ut omnibus Sectis accidit) nonnisi paradoxa paradoxis tam copiose addere poterat, ut germanorum & Platonicorum, & Stoicorum dogmatum nec vestigium, nec vola amplius superesset. Nimirum ex pluribus, quæ ad hoc firmandum occurrunt, argumentis unum, & prorsus rei congruens, ex eodem Plutarcho, & Macrobio seligere non pigeat. Induxerat olim Plato (171) militem quendam nomine Ἤρα τὸν Ἀρμενίου, γένος Παμφύλου *Erem, Armenii filium, natione Pamphyli*, in bello mortuum, exinde duodecimâ die reviviscentem, & omnia, quæ viderat, ad judicium sortemque animarum, earumque descensum & ascensum per duo telluris, totidemque cælorum chasmata, & ad Tartarorum subterraneum situm spectantia narrantem; quæ Plato ipse non ut Alcini apologum, sed ut strenui viri sermonem recitavit, probavitque. Plutarchus (172) interim, germanus quoad hæc Stoicus, Platonicusque personatus, ut Platonicæ illius narrationis vim ad causæ suæ Stoicæ commodum traheret, Stoicarum allegoriarum ope Platonis verba distorquens, sub Lampriæ nomine ait, *πολλαχοῦ μὲν ἡμῖν τὸν Πλάτωνα προσπαίζειν διὰ τῶν ὀνομάτων sæpe Platonem per nomina nobis illudere*, & hoc præsertim egisse dum *τὸν ἀναγγελον τῶν ἐν ᾅδε, πάμφυλον γένος Ἀρμονίου πατρὸς*, Ἤραν (nota Stoicam subtilitatem, & captatoriam solertiam (173) in spirituum mutatione, ut verborum sonus aliò trahatur) *δὲ αὐτὸν ὀνομάζει, αἰνιττόμενος ὅτι γεννῶνται μὲν αἱ ψυχαὶ καθ' ἁρμονίαν, καὶ συναρμόττονται τοῖς σώμασιν, ἀπαλλαγεῖσαι δὲ συμφέρονται πανταχόθεν εἰς τὸν ἀέρα, κᾀκεῖθεν αὖθις ἐπὶ τὰς δευτέρας γενέσεις τρέπονται, nuntium eorum quæ præsens apud Inferos viderat, Pamphylum genere, Harmonii patris filium, Heram appellat, ænigmate hoc innuens, animas* (omnis generis) *nasci secundum harmoniam, & coaptari corporibus; digressas autem ab iis, undiquaque in aerem conferri, indeque ad secundas verti generationes*; quod, exceptâ regeneratione, totum est e schola Stoicorum. Ex hac autem Platonis, Zenonisque insitione nascituros fructus facile est prævidere. En Macrobius (174) quarto vertente Sæculo testatur „ Platonicos certam Mundi partem *Ditis sedem*, „ idest *inferos* vocasse; de loci vero ipsius finibus inter se dissona pu„ blicasse; & in *tres sectas* divisam fuisse sententiam . . . . alios enim „ dixisse,

---

(171) Plato *de Rep.X.pag.*518.F.—521. G.

(172) Plutarchus *Symp.IX.* 5. *pag.*740. *B.*

(173) Ita factum, ut in Παμφυλίᾳ *Pamphylia* regione τὸ πάμφυλον *omne genus* humanum, in Ἀρμονίῳ *Armonio* patre τὴν ἁρμονίαν *harmoniam* Universi, in Ἤρι *Ere* demum strenuo milite τὸν ἤερα *aera* reperiret. Quis vero hanc in Platonicis verbis Sphingem nisi Oedipus putus putusque Stoicus vestigasset, & in lucem protulisset?

(174) Macrobius *in Somn. Scip.l. XI. pag.* 40.—42.

„ dixisse, vivere animas dum in immutabili parte consistunt supra „ globum Lunarem; mori autem cum ad partem ceciderint permutationis capacem; atque ideo inter Lunam terrasque locum Mortis & „ Inferorum vocari, ipsamque Lunam vitæ esse mortisque confinium, „ & animas inde in terram fluentes mori, inde ad supera meantes in „ vitam reverti . . . . alios vero . . . . . . atque alios in sententias „ toto cælo diversas abiisse „ Quot Sæcula, tot Sectæ; imo totidem *ἐκ ὕδρας τετμημένης ex hydrâ sectâ* monstrosa capita: ita ut si inter insitivos hosce Platonicos Platonem quæras, nihilo plus agas, quam si cum ratione insanias: *Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas* (175).

§. 23. Ut autem ponamus Epigrammatis Auctorem Americanâ potius quam Platonicâ Necrologiâ institutum; epigrammatis sensus ita expedietur. Mercurius *προπομπὸς* Aristonis puelli erit *Ἑρμῆς ὁ οὐράνιος Περσεφόνης σύνοικος Mercurius cælestis Proserpinæ contubernalis*, qui proinde heic non immerito dictus *ἄγγελος Φερσεφόνης nuncius Proserpinæ*; licet apud Orpheum *Ἑρμῆς ὁ χθόνιος* (176) *Mercurius terrestris*, non autem *ὁ οὐράνιος cælestis*, munere ducendi animas, & Proserpinæ contubernio fungatur; nisi aliorum Poetarum sententiam sequamur, apud quos uni eidemque Mercurio *ἐριουνίῳ terrestri* utrumque munus tribuitur, prout apud Homericum Hymnographum, qui Mercurium *ἄγγελον ἀθανάτων ἐριούνιον* (177) *nuncium Deorum terrestrem* sæpe appellans, expresse addit, eidem Mercurio datum (178)

Οἶον δ' εἰς Ἀΐδην τετελεσμένον ἄγγελον εἶναι

Ipsum solum ad Plutonem perfectum nuncium esse.

Quod autem Epigrammatis Auctor ait *Plutoni jus esse in omnes spiritus mortales*, hoc pariter in id recidet, quod Ogygius hospes ait, *μεταξὺ γῆς καὶ σελήνης χωρίῳ πλανηθῆναι in regione* (nempe *Plutonia*, ut vidimus) *terram & Lunam interjacente vagari* omnes animas, & pias, & impias, imo (quod ad rem maxime facit) & mente tam præditas, quam adhuc carentes. In harum vero postremum censum nemo ambiget Aristonem nostrum venire; quippe quem, jam septimum ætatis annum agentem, nedum *τῷ νῷ mente*, sed & *τῇ ψυχῇ animâ* ipsâ carentem (179) Stoici inducebant. Ἀλλ' *ἀναστίος ὁ λόγος*: Ad reliqua pergamus.

Μοίρα

(175) Virgilius *Æn.III.V.*415.

(176) Orpheus, seu Onomacritus *hymn.*56. Ἑρμοῦ χθονίου. V. 2. ὃς ψυχὰς θνητῶν κατάγεις ὑπὸ νέρτερα γαίης. & V. 5. &c. ὃς παρὰ Περσεφόνης ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις, Αἰνομόροις ψυχαῖς πομπὸς κατὰ γαῖαν ὑπάρχων, ἃς κατάγεις ὁπόταν μοίρης χρόνος εἰσαφίκηται. κ. τ. λ.

(177) Hymn. *in Mercur.* V. 3.

(178) ibid. V. 569.

(179) supra §. 12.

Μοῖρά τις

§. 24. Μοῖρα est unum e Jovis nominibus, testibus Aristotele (180), & Cornuto (181): ut & μοῖραι sunt tres Parcæ (182), e quibus *Clotho colum retinet*, *Lachesis net*, *Atropos occat*. Heic illud τὶς partitioni inservit: & μοῖρά τις est *una Parcarum*, scilicet Μοῖρα λινοκλώστου δεσπότιδος ἠλακάτης (183) *Parca domina coli, in qua* humanæ vitæ *netur linum*, nominatim *Atropos*; cui apud Lucianum (184) hoc officium tributum est; & quæ τῆς εἱμαρμένης ἢ αἴσας, ἀνάγκης, ἀδραστείας, νεμέσεως, τύχης, ὄπιδος, κ.τ.λ. (185) *Fati, Necessitatis, Adrastejæ seu invidiæ, Nemesis seu indignationis, Fortunæ, Opidos seu ultionis* &c. nomina sortita, duabus sororibus suis προφερής τ' ἦν πρεσβυτάτη τε (186) *præstantior & natu maxima censebatur*: & hinc ut Phidias μοίρας *Parcas* (187) figuravit in Jovis capite insidentes, sic intra Delphicum templum duarum modo Parcarum simulacra visebantur, tertiæ locum occupantibus Jove, & Apolline Μοιραγέταις (188) *Parcarum ducibus*, duobus nempe ex iis μοιραίοις Θεοῖς καὶ μοιραγέταις δαίμοσιν *Fatalibus seu Parcalibus Diis*, *Dæmonibusque Parcarum ductoribus*, quos Alciphron (189) olim invocabat. Advertendum vero τὴν μοῖραν, καὶ τύχην, καὶ εἱμαρμένην *Parcam*, *Fortunam*, & *Fatum* apud Demosthenem (190) usurpari cum agitur de immaturâ seu violentâ morte, qualis nimirum est illa adolescentum; *quibus, adversante ac repugnante naturâ, vitam vis aufert; contra ac senum, quibus, nullâ adhibitâ vi, sua sponte & secundum naturam emori contingit*, ut Cicero (191) differebat; licet, hâc distinctione posthabitâ (ut inter Scriptores sequioris ævi in multis usuvenit) ἡ μοῖρα apud Lucianum (192) ad ἀώρους *immaturas* æque ac ὡραίους θανάτους *maturas mortes* pertineat.

Αἰκεινὸς

§. 25. Martorellius legebat αἰκίνιοι, refragante tamen ipsâ marmoris scalpturâ. Ignarra vero αἰκίλιοι. Mihi placuit αἰκεινός: quippe cuicumque in marmor ipsum intentiori curâ oculos figenti statim patet in

sexta

(180) Aristoteles seu quivis alius Auctor fit *lib. de Mundo cap. VII. pag. 616. A. Edit. in f.*

(181) Cornutus *de Nat. Deor. cap. 13. pag 155.*

(182) De tribus Parcis, earumque officiis iidem Aristoteles *ibid.* & Cornutus *pag.* 156. Vide Hesiodum *Scut. Herc.* ℣. 249. ——263. & *Theog.* ℣. 217——222. 904. ——906. Orpheum *hymn. LVIII. per tot.*

(183) Anthol. *III.* 26. *ep.* 67.

(184) Lucianus *in Catapl.* §. 4. *pag.* 624. & §. 15. *pag.* 637. *Tom. I.* cui præiverunt laudati Aristoteles, & Cornutus (180. 181)

(185) Cornutus *cit. pag.* 156.

(186) Hesiodus *in Scut. Herc.* ℣. 260.

(187) Pausanias *I. pag.* 75.

(188) Pausanias *X. pag.* 656.

(189) Alciphron apud Scapulam in voce μοιραγέτης. pag. 40.

(190) Demosthenes *epist. III. pag.* 116. *B.* & in *De Corona pag.* 342. C.

(191) Cicero *de Senectute* §. 71.

(192) Lucianus *in Catapl. passim*.

sexta hujus vocis AEIKENOC figurâ inesse nexum & compendium (cujusmodi multa in antiquissimis monumentis deprehenderunt Spanhemius (193), Maffæus (194), Montfauconius (195), aliique Diplomaticæ rei Scriptores) duarum litterarum, scilicet τῶ I, & τῶ N, eâdem prorsus formâ, quam in præcedenti voce ΠΡΟΠΕΜΕΙC, nexis & communicatis posteriori hastâ τῶ M cum anteriori τῶ Π, idem scalptor adhibuit.

§. 26. Homerum sane Ionicâ dialecto loquutum, quum κεινὸν ἀντὶ τῶ κενὸν scriberet, ut in vocibus κεινὴ δὲ τρυφάλεια (196) &c. notavit jam Auctor (197) ejus Vitæ. Est igitur μοῖρα ἀεικενὸς *Parca semper vacua*, *insatiabilis*, *inexplebilis*. Certe Hebraicæ Κοσμογονίας (198) *Mundi creationis* τὸ תהו, quod τοῖς O' sonat ἀόρατον *invisibile*, Aquila vertit κένωμα *vacuitatem*, Theodotio κενὸν *vacuum*. Hinc χάος illud, de quo supra (199), Græcis τὸ κενὸν, ἢ σκότος (200), Latinis *vacuum*, *&* *inane*, *&* *tenebræ* (201), adpellatum. Hinc pariter ὁ ᾅδης (202) *Infernus* & *Pluto*; cujus *domos vacuas*, *&* *inania regna* aptissime cecinit Virgilius (203), & alii *Ditis insatiabile regnum* (204): quale loquendi genus ad Latinos derivatum a Græcis; penes quos Hesio-

do

[193] Ezech. Spanhemius *de præst.* *&* *usu Numism. Antiquorum*.
[194] Maffæus *de Siglis*.
[195] Montfaucon *Ant. Expl.*
[196] Homerus *Ilia. III.* ℣. 376.
[197] Dion. Halicarn. in *Vita Homeri pag.* 288. — 289. Edita inter Opusc. Græca Mytologica.
(198) Geneseos *I.* 2.
(199) Supra not. (47)
(200) Hesychius *pag.* 754. χάος. χώρησις, καὶ τὸ κενὸν ἀπὸ τῶ κεχύσθαι, ἢ σκότος. Etymon hoc τῶ χάος desumsit plane Hesychius a Cornuto *de Nat. Deo. cap.* 17. *pag.* 174. Addidit vero ἢ σκότος ad mentem ejusdem Stoici Auctoris, qui *ibid. pag.* 175. explicans illud Hesiodi *Theog.* ℣. 123.

ἐκ χάεος δ' ἔρεβός τε, μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο

ait: τῶ χάος δὲ θυγάτηρ ἐστὶ καὶ ἡ γῆ [leg. cum MS. ἡ νὺξ.] ὁ γὰρ πρῶτος ἀρθεὶς ἀπὸ τῶ ἀρχεγόνυ ὑγρῶ ἀὴρ, ζοφώδης, καὶ σκοτεινὸς ἦν, εἶτα λεπτυνόμενος εἰς αἰθέρα καὶ φῶς μετέβαλεν: qui & hinc *cap.* 35. *pag.* 235. scripsit: καὶ τοι καὶ τὸν σκότον, ὡσθ' ὅτι καὶ τινὶ ὁμίχλην, ἀέρα οἱ παλαιοὶ ἐκάλυν: quæ ad Hebraicam Κοσμογονίαν quamproxime accedunt. Vide & Philonis verba *pag.* 6. *E.* supra adlata (111).

Quod autem Hesychius ipse ait, χάος esse τὸ κενὸν, id plane ad mentem Stoicorum dictum, qui ἐντὸς τῶ παντὸς, ἐκτὸς δὲ τῶ ὅλυ ἢ τῶ κόσμυ κενὸν εἶναι ἄπειρον statuebant, teste Apollodoro primum, exinde Laertio *VII.* §. 143. *pag.* 455. Plutarcho *de plac. Phil. II.* 1. *&* 9. *pag.* 886. *C.* 887. *F.* 888. *A.* *&* *de facie in Orbe Lunæ pag.* 925. *F.* & Cyrillo *contra Julian. II.* apud Menagium *ad Laertii loc. cit. pag.* 316. Sed an τόδε τὸ κενὸν ἄπειρον Zenonis sit idem, ac τὸ ἄπειρον Anaximandri & Anaxagoræ, prorsus ignoramus. Vide Sex. Empiric. *advers. Physic. Lib. IX.* § 359. *pag.* 619. *&* *Pyrrh. hypotyp. III.* §. 30. *pag.* 135. & Laertium *II.* 1. *pag.* 78. 79. cum Aldobrandini, & Menagii adnotatis. Certe idem erat ac τὸ κενὸν ἐκτὸς τῶ κόσμυ Pythagoricorum, & τὸ κενὸν Aristotelis; de quibus Plutarchus *de plac. Phil. II.* 9. *pag.* 887. *F.* 888. *A.* qui Platonem omne κενὸν tam extra, quam intra mundum negasse ait.
(201) Seneca, Ovidius, Silius, Lucretius &c. penes Grotium *ad Luc. XVI.* 26. *pag.* 427. *a.* ubi traditur etymon & derivatio τῶ χάος, & τῶ ᾅδης ab Hebraica voce תהו, aliisque Syris, & Arabicis æquipollentibus.
(202) Grotius *loco mox laudato*.
[203] Virgilius *Æn. VI.* ℣. 269.
(204) Grotius *ad Proverb. XXVII.* 20. *pag.* 256. *eodem sensu regnum Ditis insatiabile vocant Poetæ*.

do (205) Gorgones, & Parcæ sunt *ἄπλητοι* *insatiabiles*, Sophocli (206) *αἶσ' ἄπλατος* *fatum inexplebile*, Crinagoræ (207) *ἄπληστος ἀΐδης* *insatiabilis Pluto*, & Auctori incerto (208) *ἄπληστος χάρων* *insatiabilis Charon*; ad Græcos autem (209) a Syris & Hebræis; quibus שאול *Infernus* est unum e tribus, quæ לא השבענה *nunquam saturantur*, juxta Parœmiographum (210); cui itidem (211) *ᾅδης καὶ ἀπώλεια οὐκ ἐμπίμπλανται* *Infernus*, *& mors nunquam inplentur*; ut & Esaiæ (212) *ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ τοῦ μὴ διαλιπεῖν* *dilatavit Infernus animam suam*, *& aperuit os suum absque ullo termino*; & Abacuco (213) *ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἐμπιπλάμενος ἐπισυνάξει ἐπ' αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ εἰσδέξεται πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς λαοὺς* *dilatavit infernus animam suam*, *& mors inexplebilis congregabit ad se omnes gentes*, *& suscipiet secum omnes populos*. Nihil ergo significantius & verius, quam ut Atropos, una ex Inferis Deabus, & cui perpetuum vitæ necisque imperium in universos homines traditum, *ἀκκηνὸς* *insatiabilis*, instar ipsius Plutonis, denominetur.

Τὸν Ἀρίστων

§. 27. Non infrequens est Græcæ linguæ Interpretibus (prout solemne fuit Græcis ipsis (214) in adoptione Orientalium linguarum) *τὰ κύρια καὶ ὑπαρκτικὰ ὀνόματα ἀντὶ τῶν ἐπιθέτων, καὶ ἐκ παραλλήλου τὰ ἐπίθετα ἀντὶ τῶν κυρίων* *propria & substantiva nomina pro adjectivis*, *& vicissim adjectiva pro propriis* accipere. Exempli causa; quod Strabo (215) in descriptione Phocidis ait *διὰ τῆς Κίρφεως ὁ πλεῖστος διαρρεῖ ποταμὸς* Xylander vertit *per Cirphin* montem *plurimus diffluit fluvius*; qui error latius profecto manasset, nisi Cl. Casaubonus (216) vadem se pro nobis dedisset, & accipienda probasset illa verba de Πλειστῷ *Pleisto* fluvio apud Æschylum, Apollonium, & Pausaniam memorato. Ex adverso apud Lucianum (217) fingitur Megapenthes Lacydis filius Tyrannus

(205) Hesiodus *in Scut. Herc.* ♈. 230.——248. de Gorgonibus. *&* ♈. 249. ——263. de Parcis: cujus vocis *ἄπλητοι* vim non adsequuti sunt, nec Hesiodi Interpretes, nec ipse, qui eos *pessimæ* interpretationis nomine notat, Jo. Geor. Grævius *in Lect. Hesiod. cap. XX. pag.* 97. 98. Adde his alium ejusdem Poetæ locum *Theog.* ♈. 150. 151.

(206) Sophocles *in Ajace flagell.* ♈. 257.

(207) Infra §. 40.

(208) Infra §. 40.

[209] Ita censuit Grotius *ad Matth. XVI.* 18. *pag.* 263. *a.*

[210] Proverb. *XXX.* 15. 16.

(211) Proverb. *XXVII.* 20.

[212] Esaj. *V.* 14.

[213] Abac. *II.* 5.

(214) Quod qui probatum velit, is maximam exemplorum segetem reperiet apud Bochartum in toto Opere τῦ *Chanaan* & *Phaleg*, & in *Hierozoico*; ut & apud Grotium, Clericum, aliosque Sacrorum Librorum eruditos Interpretes.

[215] Strabo *lib. IX. pag.* 640. *A.*

(216) Casaubonus *ad cit. loc. not.* 4. ubi Æschyli, Apollonii, Pausaniæ, aliorumque verba recitantur.

(217) Lucianus *in Catapl.* §. 10. *pag.* 631. ♈. 19. 20. ubi habes Græci Scholiastis verba, & Animadversiones Brodæi, Solani, Gesneri, & Reitzii.

rannus mortuus, Clothon rogans, sibi ad vivos redire per eam liceret, celeritatis suæ & regressûs ad inferos *ἄντανδρον ἀντὶ σεαυτοῦ* daturus *τὸν ἀγαπητόν*: quo loci non modo Græcus Scholiastes adnotabat *Αὔτανδρον· ὄνομα κύριον*: *Autandrum: nomen proprium*; sed & Johannes Benedicti, & Parisini Editores *τὸν Ἀγαπητὸν* *Agapetum* legerunt, verteruntque: quibus hallucinationibus Joannes Brodæus, Moses Solanus, Matthias Gesnerus, & Fredericus Reitzius sat provide occurrentes docuerunt, *τὸν ἀγαπητὸν* esse *unicum filium* seu *amasium*, quem Megapenthes reditûs sui *ἄντανδρον* *sponsorem*, & *succedaneum* sistebat.

§. 28. Dolendum sane tale quiddam Martorellio, & Ignarræ accidisse; quorum primus voluit *τὸν ἄριστον γονεῶν* esse *unum ex optimis filiis* illic sepultum, cui ut *Messi*, seu *Messii* nomen e sequenti versu imponeret, ad Inscriptionum Thesauros (218), in quibus *Messini* cujusdam puelli fit mentio, provocavit: in hoc autem consultius certe egit, quam si provocasset ad Horatium (219), qui *Messium Cicerram* e claro genere Oscorum *εἰρωνικῶς* memorat oriundum, cum Sarmento quodam servilis generis pugnantem, & ore tam turpi Cyclopicoque præditum, ut Martorellio ludibrium ex omni parte deberet. Alter vero puerum ipsum *μέσσον τῶν γονεῶν* *medium inter genitores* figuratum *τὸν Ἀρίστωνα* *Aristonem* voluit adpellatum. Inter hos utrosque magni nominis Viros, & in Græcis litteris probatissimos, non est meum sequestri, arbitrive partes suscipere, & tantas componere lites: forsan unus & alter vitulâ digni. Sub Eruditorum interim judicio lis pendeat: & e duobus altercantibus *μάντις ἄριστος ὅς τις εἰκάζει καλῶς* (220) *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum*, Cicerone (221) vertente. Ego tamen, ut veritati suus sit honos, in Ignarræ sententiam lubentius descenderem; tum quod a Græcis vox *γονεῶν* *genitoribus* semper, *filiis* vel semel, vel nunquam aptata reperitur; tum quia *τὸ μέσσον* belle & verisimilius referatur ad *μεσιτείαν* *medianam positionem* puelli inter suos genitores, in superiori *ἀναγλυφῇ* apprime exscalpti; tum denique ex eo, quod *Ἀρίστωνος* *Aristonis* nomen, scilicet ab Aristone Chio (222) Zenonis discipulo derivatum, *πολυθρύλλητον καὶ εὔφημον* *celebratissimum*, & *boni ominis* jure videri debeat in familiis, & in ore Stoicorum.

§. 29. Si hoc evincerem, jam puer Ariston subierit fatum Niciæ Coi, qui (223)

. . . . ἤδη ἔχοντα
εἰν ἀΐδῃ, νεκρὸς δ' ἦλθεν ὑπ' ἠέλιον·

A'col

---

[218] Ex Grutero *pag.* 700. 9.

[219] Horatius *I. Saty. V.* ℣. 51.—65.

(220) Fuit hoc ἰαμβεῖον in ore Magni Alexandri, Chaldæorum auguria deridentis; quod ex Euripide illum recitasse ait Arrianus *in Exp. Alex. VII.* 16. *pag.* 296. Adde Appianum *Bell. Civ. II. pag.* 853. *Edit. Amsteled.* & Plutarchum *in Alexan. pag.* 705.

(221) Cicero *de Divin. II.* §. 12.

(222) De quo Laertius *VII.* 160.—163. *pag.* 467.—470. ubi ait illum e Zenonis discipulis tam bene in Cynosargi philosophatum, ut obtinuerit αἱρετιστὴν ἀκοῦσαι *suæ sectæ Auctorem appellari*.

(223) Anthol. I. 37. *ep.* 7.

Ἀστοὶ γὰρ τύμβοιο μετοχλίσσαντες ὀχῆας
εἴρυσαν εἰς ποινὰς τλήμονα δισθανέα.
. . . . quum jaceret
in Hade, mortuus denuo venis in lucem.
Cives enim tumba aperientes seras
traxerunt ad pœnas miserum bis mortuum.

imo & in eundem *Aristonem*, mutato nomine *Messum*, nunc ὑπ' ἡλίῳ repuerascentem, mox δισθανέα futurum, Menandri ῥῆσιν illam (224), quam in *Cerylum* libertum, ingenuum se, & mutato nomine *Lachetem* efferre incipientem, Vespasianus intorquebat, simili παρῳδίᾳ cantare possem

ὦ Μέσσι Μέσσι, ἐπὰν ἀποθάνῃς,
αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς εἰρήσῃ Ἀρίστων.
O Messe Messe, cum morieris
Denuo, ut olim, vocaberis Ariston.

quin & dicenti Martorellio χαῖρε Μέσσι *salve Messe* puer ipse responderet πρότερόν γε, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Ἀρίστων (225), *prius quidem* sub te Messus, *postmodo vero*, Ignarræ operâ, *Ariston*.

§. 30. Ceteros ejusdem Epigrammatis Interpretes, qui nec in τῷ Ἀρίστων, nec in τῷ Μέσσοι pueri nomen agnoscunt, nihil moror. Sunt sane, ut verum fatear, plurima hujusmodi anonyma (226) in mortuos pueros epigrammata, quæ nescio quo fato aliqui se unquam vidisse negant; quæque dubio procul ad Lycurgi (227) legem formata fuerunt, vetantis ἐπιγράψαι τοὔνομα τοῦ νεκροῦ, πλὴν ἀνδρὸς ἐν πολέμῳ, καὶ γυναικὸς ἱερῶς ἀποθανόντων *ne* cujuslibet *defuncti nomen* sepulcro *inscriberetur, præterquam viri, qui in bello, & mulieris, quæ sancte fato concesserint*. Sed hæc non sunt istius loci, in quo Mercurius de puello ad Tartara præmisso interrogatus, illius nomen digito certe monstrare debuerit, ac proinde *Aristonem* pronunciavit.

ἥρπασ' ἀπ' Αὔγης

§. 31. Philhellenicus Eclecticus legit heic ἀπ' αὔρης (228) *ab aura*, non infelici quidem conjectatione, quum huic epigrammati concinere in eo deprehendatur Latinum quoddam seu genuinum, seu malis spurium, monu-

(224) Svetonius *in Vespas.XXIII.2.pag.980. De Cerylo liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque jus fisci, ingenuum se, & Lachetem mutato nomine cæperat efferre*, dicebat ὦ Λάχης Λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις ἔσῃ Κήρυλος. ad quem locum consule animadversiones Pitisci *not.8.* post præcedentes Casauboni, Torrentii, & Marcilii.

(225) Quod παρῳδικῶς sumtum ex Plutarcho *de his, qui sero a Num.pun.pag.564.C.*

(226) Anthol.*I.37.ep.8.9.10. & III.6.ep.15.* 33. 53. 55. & *III. 7. ep. 8. 9. 10.* præter ea, quæ leguntur apud Gruterum, Fabrettum. &c.

(227) Plutarchus *in Lycurgo pag.56.B.*

(228) Quod Martorellius in ἀπολογ. non improbavit, adlato itidem sequenti epigrammate *Verna puer* &c. e Reinesio *class.XVIII.15.*

monumentum Neapolitanum ex Spataphoro a Capacio (229) relatum, perelegans sane, & teneritatis plenum in hunc modum

Verna . puer . o . mi . verna . quis . ab . quis .
Ab . aura . te . in . tenebras . rapuit . perditus . heu .
Mororer . ni . tecum . assidue . loquerer . ni .
Saepe . jocundo . fallerer . hinc . dum . te . continuo .
Aspicio . semper . ero . tecum . & . si . me . sopor .
Occupet . umbra . te . umbram . praeam . Ergo .
Unquam . ne . metue . abs . te . abeam .

§. 32. Martorellio tamen placuit legere ἥρπασεν Παύλην *rapuit* Messum a matre *Paulâ*; quod tam bene ei complacitum fuit, ut in Ignarram *Paulæ* nomen expungentem (quum tam τὸ ἥρπασε, quam τὸ Παύλης Græca prorsus non sint) pæne tota *Porcelliana Comitia*, ceteroquin pertimescenda, & *furentium feminarum potentiam* armarit; eidemque, summâ quidem civium & exterorum omnium offensione, μισογυναίας vel Euripideæ (230), vel Celticæ (231) dicam impegerit. Sed Martorellio non probante, & proinde Ignarrâ absoluto, prævaluit demum hujus sententia, legere jubentis ἀπ' αὐγῆς; ut sensus verborum sit, Aristonem *raptum a luce Solis* pæne instar Anastasiæ puellæ sexdecennis, quam, ut Eratosthenes ait (232), ἥρπασε τύμβος ἀπ' ἠελίοιο αὐγῆς *rapuit tumba a Solari splendore*: quippe constat τὴν αὐγὴν, καὶ φάος, καὶ ἥλιον, καὶ ἠῶ, καὶ ἠοῦς φάος, καὶ ἡλίου φάος, καὶ φέγγος, καὶ ἀκτῖνα ὠκέος ἠελίου, καὶ τὸ φῶς (hinc ὁ φὼς *homo* (233) communiter dictus) apud optimos Auctores (234) *vitali luci* respondere: unde Callimachus Cleombrotum εἰς ἀΐδην ruiturum, dicentem inducit ἐξόδια ῥήματα *postrema illa* ἥλιε χαῖρε (235) *Sol vale*.

§. 33. Sin vero isthæc non arrideant, nihil vetat quominus meo periculo le-

(229) Capacius *Ant. & hist. Neapol. lib. I. cap. XXII. sect. 6. pag. 186. edit. Lugd. Bat. in f.*

(230) Stobæus ἐκλογ. ἐτροπ. *tit. VI. pag.* 80. ℣. 39. 40. ex libris Serini hæc habet: περὶ Εὐριπίδου τις ἔλεγεν, ὅτι μισογύνης ἐν· καὶ ὁ Σοφοκλῆς, ἀλλ' ἐν γε τῇ κλίνῃ, ἔφη. Vide Aristophanem *Thesmophor.* ℣. 392——439. Adde Athenæum *XIII. pag.* 603. *E. F.* 604. *A.*— F.

(231) Celtas παιδεραστάς, ac proinde *mulierum osores* fuisse testantur Aristoteles *de Rep. II. 9. pag.* 328. E. *Tom. II.* Diodorus *V. 32. pag.* 356. ℣. 5. Strabo *IV. pag.* 304. Athenæus *XIII. 8. pag.* 601. E, 603. *A.* Sex. Empiricus *Pyrrh. hyp. III.* 24. §. 199. *pag.* 176. aliique; quos qui mentiri ajunt, ut Celtas hujus sceleris absolvant, ii profecto in meridie cæcutiunt. Vide Wesselingium & Casaubonum ad Diodori & Strabonis citata loca. Quid περὶ τοῦ ἑλληνίζοντος τινὸς dicemus, qui amicam sibi nationem eâdem publicâ licentiâ fœde inquinetam, & in cujus ἐννενομισμέναις πόλεσιν ἀναιδευθῆναι τόδε τὸ ἔθος ait modo laudatus Athenæus *pag.* 601. E. defendere nuper aggressus est? Certe si causam susceptam obtinuerit, is mihi erit ἄλλος Ἡρακλῆς. Præstet interim heic ἐπέχειν, quam in honestatis & modestiæ leges committere.

(232) Anthol. *III. 23. ep. 6.*

(233) Plutarchus *lib. an recte dictum sit latenter vivendum pag.* 1130. *A. &c.* οἶμαι δὲ καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἐνιαυτοῦ φῶτα καλεῖν τοὺς παλαιούς, ὅτι τῷ γινώσκεσθαι κ. τ. λ. αὐτήν τε τὴν ψυχὴν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων φῶς εἶναι τῇ οὐσίᾳ νομίζουσιν. κ. τ. λ.

(234) Homerus *Iliad. VIII.* 480. *XVIII.* 11. 61. *Ody. IV.* 833. *XI.* 92. 222. 207. 618. Hesiodus *Ope.* ℣. 155. *Theog.* 451. 626. 652. 669. Plato *in Timæo pag* 552. *D.* Aristophanes *in Avib.* 700. Euripides *in Hippol.* 191.—196. *& in Alcest.* 691. Diodorus. Lucianus &c. Anthol. *I. 39. ep. 8. III. 6. ep.* 37. 41. 42. *III. 13. ep. 5. III. 16. ep. 1. III. 23. ep. 6. III. 25. ep. 6. III. 26. ep.* 49. 64. *III. 32. ep. 8. III. 33. ep.* 15. 16. 35.

(235) Anthol. *III. 33. ep. 46.*

ſo legatur *ἀπ' Αὔγης*, ut *Αὔγη Auge* ſit *ὄνομα κύριον* proprium nomen matris, forſan viduæ, cui *raptus puer Ariſton*. Conſonum quippe rectæ rationi videtur patrem non aliâ de causâ præteritum (cujuſmodi Græca Anthologia (236) plurima ſuppeditat exempla) quam quia præmortuus filio cenſendus ſit; viam nobis ad hanc opinionem ſternente, non modo inſigni quodam incerti Auctoris epigrammate (237) ſepulcrali in Phrontonem filium Polyttæ matris; præmortui, ut in eo dicitur, genitoris nomine ſuppreſſo; ſed & ipsâ ſuperioris *ἀναγλυφῆς* figurâ; in qua puellus Ariſton a matre dimiſſus, & pæne manu abactus ad patrem, cui puer obvertitur, cujuſque dexteram oſculabundus prehendit, quaſi eum inſequuturus, ſat bene innuit, ſe, matre ſuperſtite relictâ, ad præmortuum genitorem convolaſſe.

§. 34. Nec mirari ſubeat quod in *ἀναγλυφῇ* huic epigrammati ſuperpoſitâ patrem æque ac matrem rectos utrinque ſibi adſtantes habeat puellus; quum innumera in re Antiquariâ occurrant monumenta (238), in quibus & præmortuarum, & ſuperſtitum perſonarum imagines, nullo adhibito diſcrimine, conjunctim cælatæ, vel ſcalptæ ſignantur. Alioquin vel pater *Ariſtonis* tam obſcuri nominis fuerit, ut in ſolo *Auges* matris nomine puellus *εὐγένειαν ingenuitatem* ſuam oſtentaret; vel Epigrammatis Auctor Sicyoniorum morem ſequutus videretur, quibus ſolemne fuiſſe ait Pauſanias (239.) *ἐπίγραμμα ἄλλο γράφειν οὐδὲν, τὸ δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ οὐ πατρόθεν, ὑπειπόντας κελεύειν χαίρειν nullum aliud epigramma* ſepulcris *inſcribere, defunctum interim ſuo tantum nomine, omiſsâ patris appellatione, invocantibus, & valere jubentibus:* vel ſaltem Auctor idem in hoc epigrammate tam incurioſe, & oſcitanter ſe geſſerit, ut puelli genus ignotum poſteris relinqueret. Quidni? Certe Callimachus in Timonoes ſepulcrum ait (240)

Τιμονόη. τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
Στήλῃ, καὶ Μήθυμνα τεὴ πόλις . . . . κ. τ. λ.
Timonoe quanam es? per Deos, te non cognoverim,
Niſi Timothei patris ineſſet nomen
Sepulcro, & Methymna tua civitas . . . . &c.

§. 35. De reliquo *τὸ ἁρπάζειν* aptiſſime quadrat in quamcumque violentam & immaturam mortem, maxime in hanc, qua de agitur, ſeptennis puelli: quod patet ex innumeris emortualibus carminibus, quæ Græcæ Anthologiæ Compilatores nobis ſervarunt, & e quibus ſequentia delibaſſe non pigeat. 1. Callimachum puerum quinquennem *νηλειὴς ἀΐδης ἥρπασε* (241) *crudelis Pluto rapuit*. 2. Patrophilam jam Veneri maturam puellam *ᾅδης δυσκίνητος ἥρπασε* (242) *Pluto inflexibilis rapuit*. 3. Heliodoram juvenem *ἁρπάσας ᾅδας* (243) *rapuit Pluto*. 4. Majam trigintennem *ἀΐδης ἥρπαξε* (244) *Pluto rapuit*. 5. Calen ex viri ſui ulnis *ἀΐδης*

(236) Anthol. *lib. I. & III. paſſim*.
(237) Anthol. *III. 6. ep.* 37.
(238) Vide Marmora Oxonienſia *Par. I. num. VII. pag. 78. 79. num. VIII. IX. X. LXVII. LXVIII LXXV. LXXVI. XCI. pag.* 80. 81. 82. 125. 126. 128. 129. 145. Adde alia ex *Antiqu. Expl.* Montfauconij &c.
(239) Pauſanias *II. pag.* 97.
(240) Anthol. *III.* 12. *ep.* 25.
(241) Anthol. *III.* 9. *ep.* 2.
(242) Anthol. *III.* 12. *ep.* 10.
(243) Anthol. *III.* 12. *ep.* 22.
(244) Anthol. *III.* 12. *ep.* 28.

ἀίδας ἐξήρπασσεν (245) *Pluto rapuit*. 6. Penthesileam sponsam *ἥρπασέ τις δαίμων* (246) *rapuit Dæmon*. 7. Hymnidem novennem puellam *ἀίδας ἥρπασεν* (247). 8. Agathonicum *ἔτω τῆς νομίμης ἔμπλεον ἡλικίης nondum legitimâ juventute plenum*, & legibus studentem *μοῖρα ἀρπάξε* (248) *Parca rapuit*. 9. Anastasiam sexdecennem a marito *ἥρπασε τύμβος* (249) *rapuit tumulus*. 10. Juvenem innuptum *Χάρων ἥρπασεν* (250) *Charon rapuit*. 11. Puellam quatuordecennem *ἀφήρπασε δαίμων* (251) *rapuit Dæmon*. 12. Erinnam Poetriam novendecennem *ᾅδης ἀνήρπασεν* (252) *Pluto rapuit*. 13. Posidippi quatuor pueros *ἀίδαο ἦμαρ ἥρπασεν* (253) *Plutonis dies rapuit*. &c. &c.

§. 36. Quoties autem hanc vocem *ἀρπάζειν rapere* non regunt *ὁ ᾅδης, δαίμων, μοῖρα, τύμβος, χάρων, ἀίδαο ἦμαρ, Pluto, Dæmon, Parca, Tumulus, Charon, Plutonis dies*, aliaque similia Orciniana Numina, toties etiam senibus aptatam videmus a Diogene Laertio, penes quem, Thaletem *ἤδη γηραιὸν* jam *senem* nonagenarium *Ζεὺς ἥρπασεν ἐκ σταδίου* (254) *Jupiter* Elieus *rapuit e stadio*, & Anacharsin Scytham *πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὠκα δόναξ* (255) *velox ad immortales rapuit cito sagitta*.

Ἑπταέτη, μέσσος. κ. τ. λ.

De his supra jam satis dictum.

Δακριχαρὴς Πλούτων

§. 37. *Δακρυόεις ἀίδης lacrymosus Pluto* (seu, ut Horatius (256), *lacrymosum funus*) dictus Philippo (257), ut & portitor Charon Antipatro (258) *κεχαρμένος δάκρυσι πάντων gaudens lacrymis omnium* ad nostrum *τὸ δακρυχαρὴς* propius accedenti. Scimus quidem omnes *δάκρυα δυσδάκρυτα κενεὸν εἶναι εἰς Ἀχέροντα χάριν* (259) *lacrymas lacrymosas vanam esse Acheronti gratiam*: sed quis hominem ex homine tam absolute exuat, ut *οὐχ ἑκὼν ἑκὼν nolens volens* suos mortuos non lacrymetur? Scilicet Antiqui *ἀκλαύτους indefletos* præteribant senes *τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα sexagenariis majores*, ut ajebat Lucianus (260), ex eo nempe quod nihil violentum, nec præter naturam (261) eis accidat, *γῆρας γὰρ γείτων κἀγγύθεν ἀίδεω* (262) *senectus enim vicina, & proxima Plutoni*; Poetas item, ut Ennium, cujus tumulo olim inscriptum apud Ciceronem (263)

(245) Anthol. *III.* 12. *ep.* 32.
(246) Anthol. *III.* 12. *ep.* 37.
(247) Anthol. *III.* 12. *ep.* 51.
(248) Anthol *III.* 23. *ep.* 4.
(249) Anthol. *III.* 23. *ep.* 6.
(250) Anthol. *III.* 23. *ep.* 8.
(251) Anthol. *III.* 23. *ep.* 24.
(252) Anthol. *III.* 26. *ep.* 68.
(253) Anthol. *III.* 32. *ep.* 7.
(254) Laertius *l.* 39. *pag.* 23. 24.
(255) Laertius *l.* 103. *pag.* 66.
(256) *Horatius l. od.* 8. *V.* 14. 15.
(257) Anthol. *III.* 12. *ep.* 6.
(258) Anthol. *III.* 33. *ep.* 15.
(259) Anthol. *III.* 12. *ep.* 22. *III.* 6. *ep.* 33.
(260) Lucianus *in Catapl.* §. 5. *pag.* 626. adde Anthol. *III.* 1. *ep.* 6.
(261) Supra §. 24. not. 191.
(262) Anthol. *III.* 6. *ep.* 17.
(263) Cicero *Tuscul.* I. §. 34. & 117.

Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu
Faxit: Cur? volito vivu' per ora virûm.

Poetrias quoque, ut Sappho *μὴ θανοῦσαν, καὶ Ἀΐδα σκότος ἐκφυγοῦσαν* (264) *non mortuam, & Plutonis tenebras effugientem*; Milites demum, qui pugnantes mortem occubuissent, quippe qui *οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες* (265) *morientes non moriuntur*, & quorum *φθιμένων ζωὸν τέλεται κλέος* (266) *viva defunctorum permanet gloria*, *ἀνικάτους γὰρ ἅπτεται οὐδ' Ἀΐδης* (267) *invictosque ne Pluto quidem tangit*: imo & Justinianus (268) ipse, antiquis Legumlatoribus & Jurisconsultis praeeuntibus, *constare* censuit *eos, qui pro Rep. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelligendos*. Sed Antiqui iidem e contra, quoties ceterorum hominum sexagenariis minorum (*ἠϊθέων adolescentum* magis, quorum Alcæus (269) ait *δακρυτὸν ἅπαντα μόρον lacrymosum omne fatum*, & maxime puerorum infantumque *πολυθρηνήτων* (270) *majori luctu dignorum*) memoriam colerent, in suspiria, & gemitus [quales in luctu ob mortem Patrocli & Hectoris plus quam tragice describit Homerus (271)] pæne debacchabundi solvebantur: quin & mortuos ipsos, Acherontem tranaturos, lacrymabundos inducit laudatus modo Lucianus (272), & generaliter addit *οὐδένα αὐτῶν ἀδακρυτὶ διαπλεῦσαι* (273) *eorum neminem sine lacrymis paludem illam transiisse*. Jure igitur heic Pluto *δακρυχαρὴς lacrymigaudens* audit, quum de pueri septennis *τελεσκόρῳ immaturissimo* fato ageretur.

Οὐ πνεύματα πάντα βρότεια
σοι νέμεται;

---

§. 38. Non est quod anxie heic disquiramus voces *πάντ' ἀγρότεια*, vel *ἀκρότεια*, vel *ἀβρότεια*, quas Martorellius e marmore expressit; quum primæ duæ cum Græca nominum analogiâ, quidquid alii nimis fidenter contra sentiant, manifesto pugnent; tertia vero simul cum primis in marmor ipsum impingant: siquidem hujus Epigrammatis scalptor, dum præcedentis vocis ultimam litterulam *κατ' ἔκθλιψιν per elisionem* metri gratiâ truncatam signare intendit, apostrophes notâ nondum usitatâ, sat habet sequentis vocis primam litteram unâ aliquâ lineolâ mutilare; ita prorsus, ut bono nostro fato cuilibet oculato homini videre est in exaratione vocum ΗΡΠΑCΛΠΛΤΓΗC; in qua ambo Λ idest Α, quæ secundo & tertio verbo dant initium, lineolâ mediâ transversâ truncata figurantur ex eo quod præcedentes voces finalem *ἔκθλιψιν elisionem* patiuntur. Ex quo, si non palmare, probabile saltem & peculiare conficitur argumentum tam pro exclusione Παύλας a prænotatis dictionibus, quam pro firmanda lectione *πάντα βρότεια*;

quum

(264) Anthol. *III.* 26. *ep.* 64.

(265) Anthol. *III.* 5. *ep.* 18. 22.

(266) Anthol. *III* 5. *ep.* 23. 25.

(267) Anthol. *III.* 14. *ep.* 20.

(268) Institut. I. 25. *in pr.* & ibi Dion. Gothofredus, aliique eruditi Interpretes.

(269) Anthol. *III.* 22. *ep.* 60.

[270] Anthol. *III.* 6. *ep.* 37.

(271) Homerus *Ilia.* *XVIII.* 22——126. *XXII.* 405——515.

(272) Lucianus *in Catapl.* §. 20. *pag.* 642. 643.

(273) Lucianus *in Contempl.* §. 2. *pag.* 487.

quum ſcalptor ΠΑΝΤΑΒΡΟΤΕΙΑ potius, quam ΠΑΝΤΑΒΡΟΤΕΙΑ, ad removendam quamcumque ἀμφιλογίαν, datâ operâ ſignaſſe videatur.

§. 39. Quod vero ad hujus diſtichi ſententiam adtinet, jam pro comperto eſt τὸ μόριον *particulam* ἦ non ſimpliciter eſſe ἀρνητικὸν *negativam*, ſed omnino ἐρωτηματικὸν *interrogativam*; ita ut horum verborum ſenſus ita ſit concipiendus *lacrymigaudens Pluto, annon ſpiritus omnes mortales in tuum imperium & poſſeſſionem cedunt?* Ea porro eſt Plutonis notio, quam Stoicus Cornutus (274) nobis miniſtravit, nimirum μηδὲν εἶναι ὃ μὴ τελευταῖον εἰς αὐτὸν κατάγεται, καὶ αὐτοῦ κτῆμα γίνεται *nihil eſſe quod poſtremo ad illum tandem non abeat, illiuſque poſſeſſio fiat*. Hoc ipſum ſibi voluerunt, Tryphiodorus (275)

πᾶν γένος ἀνθρώπων κατάγει ψυχόπομπος Ἑρμῆς.
omne genus hominum ducit animarum miſſor Mercurius.

Abbianus (276)

Mors ἄξει πάντας ἐς ἓν βάραθρον.
ducet omnes in unum barathrum.

Incertus Poeta (277)

πάντας ὁμῶς θνητοὺς εἷς ἀΐδης δέχεται.
omnes ſimul mortales unus Pluto ſuſcipit.

Incertus alius (278)

εἰς κοινὸν ᾅδην πάντες ἥξουσι βροτοί.
in communem Haden omnes venient mortales.

Callimachus (279)

πάντων ἁρπακτὶς ἀΐδης
omnium raptor Pluto.

Horatius (280)

Miſta ſenum, ac juvenum denſantur funera: nullum
Sæva caput Proſerpina fugit.

Hinc Virgilius (281)

Dij, quibus imperium eſt animarum &c.

ubi *Deos*, non *Deum* adloquitur: recte quidem: Plutonem enim velut ἄνακτα *Regem*, & Proſerpinam velut ἀνάσσαν *Reginam*, inferorum *regna* & *domos* communiter & promiſcue poſſediſſe jam (282) vidimus. Ex iis autem, quæ ſupra (283) adnotavimus, conſtat, omnes ſpiritus intra ᾅδην, ſeu Plutonici ſublunaris regni limites adſtrictos; pios quidem in ſupero ſubluſtri loco prope Proſerpinæ-Lunæ orbem; medios, & impios in infimo, tenebroſo, & craſſiori aere prope Terram; & hos omnes, unos ſerius, alteros ocyus, πνεύματα πάντα φθαρτὰ, ἢ βρότεια *ſpiritus omnes corruptioni & morti obnoxios*, a Stoicis (quos ideo bono jure Delrius (284) *animarum necatores appellat*) cognitos, judicatoſque: adeo ut Stoicorum ſententiæ faviſſe videatur Callimachus dum Zenoni συγχρόνῳ *coævo* ſuo blandiens, & Platonicam τὴν τῶν ψυχῶν ἀθανα-

(274) Cornutus *de Nat. D. cap. 5. pag.* 145.
(275) Tryphiodorus *Ilij Excid.* ℣. 560.
(276) Anthol. *l.* 37. *ep.* 5.
(277) Anthol. *l.* 37. *ep.* 20.
(278) Anthol. *III.* 6. *ep.* 33.
(279) Anthol. *III.* 33. *ep.* 37.
[280] Horatius *I. od.* 28. ℣. 19. 20.
(281) Virgilius *Æn. VI.* ℣. 264.
(282) Supra §. 5. & 25.
[283] Supra §. 15. 16. 17. 18.
(284) Delrius laudatus Thomaſio *loc. cit.* (127) §. 20. *pag.* 229.

ἀθανασίαν, ϗ ἄνοδον (285), *ἢ παλιγγενεσίαν, ϗ ποιητικοὺς μύθους animarum immortalitatem, & regressum seu regenerationem, poeticasque fabulas* naso suspendens adunco, cum mortui Charidæ manibus hunc dialogum instituit (286)

> Καλλ. Ω᾽ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; Χαρ. πολὺ σκότος. Κ. αἱ δ᾽ ἄνοδοι, τί;
> X. Ψεῦδος. Κ. ὁ δὲ Πλούτων; Χ. μῦθος· ἀπωλόμεθα.
> Οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός· εἰ δὲ τὸν ἡδὺν
> Βούλει, Πελλαίου βοῦς μέγας εἰς ἀΐδην.
> Callim. *O Charida, quid sunt quæ infra sunt?* Char. *magnæ tenebræ.*
> Call. *regressus verò, quid?*
> Char. *mendacium.* Call. *& Pluton?* Char. *fabula. Interiimus.*
> *Hic meus sermo vobis verax. Si autem blandiri* me tibi
> *Cupis*, scito *Pellæum magnum bovem* Alexandrum *esse in inferis.*

§. 40. Elegantissimam itaque jam tenes hujus distichi adfirmativam interrogationem, sed cujus primum ignoramus Auctorem. Insignia quidem *ϗ χρυσοῦ ἀντάξια & auro æquiparanda*, licet nemini contendentium Cl. Virorum adhuc observata, exempla nobis præstat Græca Anthologia; in quibus eandem sententiam videas expressam. Unum porro est *ἄδηλον incerti Auctoris* (287)

> *Πάντα Χάρων ἄπληστε τί τὸν νέον ἥρπασας αὔτως*
> *Ἄτταλον; οὐ σὸς ἔην κἂν θάνε γηραλέος;*
> *Omnino insatiabilis Charon, quid juvenem rapuisti ita*
> *Attalum? annon tuus erat, licet mortuus esset senex?*

Alterum Crinagoræ tribuitur (288)

> *Ὑμνίδα τὴν Εὐάνδρου ἐράσμιον, αἰὲν ἄθυρμα*
> *Οἰκογενῆ, κούρην αἱμύλον ἐνναέτιν*
> *Ἥρπασας ὦ ἄπλητ᾽ ἀΐδη· τί πρόωρον ἐφίεις*
> *Μοῖραν τὴν πάντως σοῖο ποτ᾽ ἐσσομένην;*
> *Hymnidem Evandri amicam, perpetuum oblectamentum*
> *Domi natam, puellam venustam novennem*
> *Rapuisti o inexplebilis Pluto. Quid intempestivam immisisti*
> *Parcam* puellæ *omnino tuæ aliquando futuræ?*

Si quis autem Aristonis, Attali, & Hymnidis ætates certis chronologicis characteribus in ordinem redigat, is maximam proculdubio apud omnes gratiam inibit.

τί τρυγᾷς ὄμφακας ἠλικίης;

§. 41. Allegorice heic Auctorem loquutum, & *vineatum* figurâ humanam vitam denotasse, nemo est qui non videat. Lucianus (289), qui Martorellium non præteriit, eâdem *φράσει* usus, Charontis navi admovet primum trecentos pueros, quos *ὀμφακίας νεκροὺς acerbas uvas mortuorum* vocat, deinde senes sexagenariis majores, quos *σαπροὺς πάνυ, ϗ πεπείρους, ϗ καθ᾽ ὥραν τετρυγημένους, ἐπεὶ ἀσταφίδες γε πάντες ἤδη ἦσαν*

---

(285) Vide quæ Tho. Gale *περὶ τῆς ἀνόδου τῆς ψυχῆς, ϗ περὶ μετεμψυχώσεως ϗ ἀποκαταστάσεως ψυχῆς* ex Porphyrio, Proclo, Damascio &c. juxta Platonis mentem collegit ad Jamblichi *de Myster. sect. VIII. cap. 6. pag. 162. V. 13. & pag. 308. b.*

(286) Anthol. *III. 6. ep. 23.*

(287) Anthol. *III. 6. ep. 29.*

(288) Anthol. *III. 22. ep. 51.*

(289) Lucianus *in Catapl.* §. 5. *pag.* 625 — 626.

δοαν maturos omnes , excoctos , & suo tempore vindemiatos , quandoquidem passi jam omnes erant, appellat. *Passos* etiam senes appellavit jam pridem Lucilius (290): & inter antiqua proverbia fuit illud (291) *ἀνδρὸς γέροντος ἀσαφὶς τὸ κρανίον senis viri caput est uva jam passa*. Sed & *τὸ τρυγᾶν* adsimilia sunt *τὸ θερίζειν, ἀποθερίζειν. κ. τ. λ.* Græcorum, & *metere*, *demetere* &c. Latinorum Poetarum; quæ ad universi generis occidionem significandam, translatâ allegoriâ a vinea ad messem frumenti, aliorumque fructuum, Euripides (292), Agathias (293), Theodorus (294), Virgilius (295), Horatius (206), Silius Italicus (297), aliique innumeri utriusque gentis classici Auctores usurparunt.

§.42. Porro a multis, quæ dicenda supererant, consulto abstinui, ne, quod olim verebatur Lucianus (298) videar *ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν e musca facere elephantem*. Ceterum habes jam, Amplissime Vir, saturam verbosiorem fortasse, quam velles; in cujus texturâ an recte processerim, tuum erit censere; quum meopte ingenio non sim adeo *φίλαυτος καὶ αὐθάδης*, ut me *αὐθάδειον καὶ αὐτεχνόγιστον* unquam reputem. Interea rumor venit, quosdam delicatulos suavesque viros summo stomachi fastidio *ἀκρίβειαν* per me in hac opellâ adhibitam suscepisse. Scilicet hi nostræ ætatis totidem *novi Apelles*, *novique Africani* videri volunt, quibus illud in ore versatur, *Nocere sæpe nimiam diligentiam* (299). Sed tanti ego æstimer, quanti olim vel *insanus Apollodorus* (300), vel *Callimachus κακιζότεχνος* (301) inter statuarios, vel *Protogenes* (302) inter pictores. Quid ergo? Ita porro me natura formavit ut, dum operæ cuilibet incumbo, nunquam de tabulâ manum tollam, nec sentiam quid sit satis, ac proinde inimicus videar mei ipsius judex & calumniator; non tam curam supra modum anxiam fugiens, quam *εὐνοίαν ἀνεπόλαιον* aspernans. Illud interim notum: *Naturam expellas furcâ, tamen inde recurret* (303). Hoc vero, qualecumque demum sit vitium, & cujus veniam ab Eruditis enixe deprecor, solam rerum dispositionem

(290) Lucilius *Sat.IX.* apud Nonium *L.38. pag.489.*
(291) De quo Scapula *pag. 1449.*
(292) Euripides *apud Scapulam in θερίζω pag.598.*
(293) Anthol.*III.24.ep.2.*
(294) Anthol.*III.6 ep.49.*
(295) Virgilius *Æn.X.513.*
(296) Horatius *IV.Od.14.V.30.—32.& II. epist. II. V. 178. 179. metit. Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro.*
(297) Silius *XVI.V.101.*
(298) Lucianus *in encomio muscæ §. 12. pag.99. Tom.III.*
(299) Plinius *XXXV. §.36.num.10.pag.695. Tom.II.* Cicero item: ambo infra (d)
(300) Plinius *XXXIV.§.19.num.21.pag.656. Apollodorus inter cunctos diligentissimus artis, & inimicus sui judex, crebro perfecta signa frangens, dum satiari cupiditate artis non quit, & ideo insanus cognominatus.*
(301) Plinius *XXXIV.§.19.n.34.pag.658. Ex omnibus statuariis maxime cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiæ, ob id cacizotechnos appellatus, memorabili exemplo adhibendi curæ modum.*
(302) Plinius ut supra(299) Apelles *cum Protogenis opus immensi laboris, ac curæ supra modum anxiæ miraretur, dixit omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora; sed uno se præstare, quod manum ille de tabula non sciret tollere: memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam.*
Hinc Cicero in *Orator.§ 73. Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent quid esset satis.* Idem *de Oratore II. §. 272.* penes quem Africanus Censor ajebat: *Non amo nimium diligentes.*
(303) Horatius *I. epist.X.V.24.*

ſpoſitionem & ordinem extrinſecus tangit. Quod autem ad rem ipſam adtinet, ἀπὼν δ' ἡ ἀδραίστεια præfiſcine augurari mihi fas ſit, Virorum, qui vere ἰγνὼς λόγων, offenſionem vitaſſe, epigrammate lectioni ſuæ bonâ fide reſtituto, ejuſque ſenſu feliciter inveſtigato, apertoque. In quo, ſi falſus non deprehendar augur, hoc ipſum non meo, ſed tuo tantum nomini, tuiſque auſpiciis tributum volo: ſiquidem (304)

Quod ſpiro, & placeo, ſi placeo, tuum eſt.

Tu interim, Litterariæ Reip. columen, σώζεο χαίρων, σώζεο.

Dabam Neapoli VI. Kal. Jul. MDCCLIX.

---

(304) Ut olim ad Melpomenen Horatius *IV. od. III. V.* 24.

Dum hæc opella, antequam typis mandaretur, per amicorum (quorum religionem, & candidam fidem heic teſtor) manus volitaret, factum eſt, ut Martorellianorum ἀπολογουμένων δευτέρων pars prima Kalendis Sextilibus e typographiâ Simonianâ in lucem prodiret: in qua Auctor dilectiſſimæ *PAVLLAE* ſuæ (pro cujus nomine, tanquam pro aris & focis, eatenus pugnaverat) libello repudii miſſo, *AVGEN* jam ſicco naſo ad ſe venientem ſuperduxit: eâque receptâ, ſibi, velut olim Magnes Ariſtophaneus (*in Equit.* V. 518—520.)

πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τρόπαια;
Πάσας δ' ἡμῖν φωνὰς ἱεὶς, καὶ ψάλλων, καὶ πτερυγίζων,
καὶ λυδίζων, καὶ ψηνίζων, καὶ βαπτόμενος βατραχείοις.
plura de adverſariorum cœtu victricia ſtatuit tropæa;
maximis nos vocibus inceſſens, & pſallens, & alas expandens,
& Lydos imitans, & faciem tonſus, & ranarum inſtar coloratus.

addiditque, illius lucem oculis ſuis affulſiſſe, faventibus magnis Diis omnibus, Lucinâ cum primis, nec non minutis, & patellariis, etiam novenſilibus; ſelectumque amicorum comitatum ei gratulatos de illa εὑρίσει, tanquam ſi eſſet feliciſſimi ingenii conatus, lætos uti Paullus Æmilius capto Perſeo. *pag.* 5. Ego ſane is non ſum, qui Martorellium σφετερισάμενον τὰ ἐμὰ, καὶ ὡς ἴδιον αὐχοῦντα, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν αὐξόντα, καὶ ψευδόμενον τὴν ἀλήθειαν cenſeam, nempe ut *imponam plagiario pudorem*. Quin ſi cui credere libeat, & ei, & mihi, χωρὶς ὄντων ἀλλήλων eandem τῶ ἀπ' Αὔγης explicationem forte fortunâ in mentem veniſſe, prout aliis ſæpe numero accidiſſe ſatis eſt exploratum, jam ſibi me conſentientem habebit. Verum publice ſemel atque iterum profiteor, me vadem pro eo non daturum Eruditis, qui & *Augen* (ut olim *Paullam*) res ſuas ſibi habere, ejuſque inventores vehementer vapulare forſan aliquando jubebunt: quod ſi unquam accidat, velim Martorellius, memor Æſopicorum ὁδοιπόρων (fab. XXIII.) dicat ἀπόλωλα, non ἀπολώλαμεν, quando, inventâ *Auge*, ei dicere placuit εὕρηκα non item εὑρήκαμεν.